¶ An hebreus habens rem cum christiana nō nupta inhoneste vite puniatur et qua pena.et an pena arbitraria possit arbitrari vsq̄ ad mortem et quomodo.et an statuta habeant locum in iudeis et qualiter probetur mulierem esse inhoneste vite.

Domini redemptoris nostri inuocato suffragio.attentis his que in themate narrantur videretur prima consideratione dicendum dictū hebreū esse pena vltimi supplicij puniendum casu quo dictam mulierem Christianam nō nuptam carnaliter cognouerit per id quod habetur.ij.q.ij.§.his ita el secundo et.xxiij.q.v.§. hinc apparet ibi dum text. dicit finees quoq̄ iudeū cum madianita coeuntem gladio transfixit qđ est ei reputatum ad iustitiam ꝛc.et habetur numeri.xxv.et per id quod habetur in.l.ne quis.C. de iude.vel saltem videtur† ꝙ non possit euadere quin tanq̄ persona humilis seu infimis debeat puniri aliqua cohertione corporis ꝛ relegatione.in statuta.de publi. iudi.§. item lex cum.§. sequenti iuncta.l. humilem.C. de incestis nupt. et.l.fi.C. de iude. ¶ Nec† videtur quod iudeus predictus possit allegare:quod ei pena pecuniaria debeat impōi ex dispositiōe statuti sub Rubrica de adulterio:quia non est dicēdū statutum intellexisse de iudeis qui sunt de alio grege: quia nihil ad nos de his qui foris sunt capitulo gaudemus.de diuortiis.xlv.dist.qui sincera.et.ij.q.j. multi. et q2 in beneficijs generaliter concessis non videntur cōprehēdi persone odiose:vt.l.lucius.§.lucius titius.ff.de lega.ij.et ibi Jac.de are.et Barto. igitur non videtur cōprehendi iudei qui sunt persone infames. et ꝑpterea ab omnibus honoribus dignitatibus et officijs repelluntur.d.l. fin.C. de iude.c.cum sit nimis:extra de iude.liiij.di.nulla.xvij.q.iiij. constituit. appellantur

1

2

pellantur enim insultantes fidei nostre: vt in preallegata.l.fin. et non de-
bent iudei se cum mulieribus christianis committere.c.in nonnullis.de iu
de.xxviij.q.j.caue. ¶ Tamen premissis non obstantibus mihi videtur
in casu de quo queritur istum hebreum non esse puniendum pena vltimi
supplicij: nec etiam pena corporali sed pecuniaria prout infra dicam. Et
3 primo ꝙ† pena vltimi supplicij non possit puniri patet quia regulariter
reguntur iure romano.l.iudei romano.⁊.l. nemo iudeorum.et.l. iussio.C.
de iude.et not.j.distin.in.c.ius quiritum.⁊ plene not. Innocen.in.c.quod
super his. de vo. ⁊ Joan. andr. in.c. gaudemus. de diuor. Sed cum hic
non fuerit commissum adulterium pro quo bene imponitur masculo pe-
na vltimi supplicij secundũ magis communem opinio.l. ꝙuis adulterij.
et ibi not.doct.C.de adult.secundo quod not.in.l. claudius.ff. de his qui.
vt indi.et in.l. qui cum vno.§. adulterij.ff. de re mili. et in.l.ij.§. miles.ff.
de his qui not. infa. et in.l.si quis viduam.ff. de questio. et not. Bartol.
in.l.inter liberas in prin.ff.de adul.⁊ ita etiam imponitur per dictum sta
tutum quando commissum est adulterium cum muliere honeste viuen-
te cum aliquali modificatione vt latius in dicto statuto cõtinetur.et in ca
su nostro hec mulier non erat nupta.et per cõsequens in ea nõ cadit adul
terium.d.l. inter liberas.§.j.et.l. stuprum.§.j.eo.titu. ¶ Nec etiam habet
4 locum† alia pena corporalis: quia ꝙuis pro stupro sit pena confiscatiõis
dimidie partis bonorum si sit persona que nõ sit humilis si autem humi-
lis sit tunc est pena cohertionis corporis cum relegatione: vt.d.§. Itẽ lex
cum.§.seq.et le.et no.in.c.ij.de adul. et iudeus videatur persona humilis
per.d.l.humilem. iuncta.d.l.si. tamen istud non habet locum in casu no-
stro: quia talis pena imponitur pro stupro commisso in virginem vel vi-
duam honeste viuentem vt ibi habetur sed in facto presupponitur ꝙ ista
non est virgo: nec erat mulier honeste viuens ergo cessat illa pena: vt ibi
5 patet tam ex directo ꝙ ex cõtrario sensu litere. ¶ Pro hoc† bene facit
quia de coitu non violento habito cum muliere non nupta que non reti-
neat nomen honeste mulieris iudicatur prout de coitu habito cum mere
trice adeo ꝙ de iure non est punibilis: vt probat text.not.et illum ad hoc
ibi ponderat Bar.⁊ Ang.in.l.si vxor iurta prin.ff.de adul. Bene facit.l.q̃
adulterium.et quod ibi no.et in.l.si ea.C.eo.et quod not.in.l.mater. et ibi
Ang.ff.de adul.et quod nota. Bart.in.l.verum in prin.ff. de fur. ⁊ Bald.
6 in.l.pe.C.de adul. Unde dicit Ang.† in.d.l. si vxor ꝙ non debent puniri
scholares qui habent accessum ad istas mulieres que fantesche vulgo ap
pellantur que stãt cum ciuibus ⁊ in domibus eorũ minus honeste viuũt
licet sint libere mulieres. Sed dicta mulier vt presupponit inhoneste vi-
uebat et erat vilissime conditionis ⁊ status nec erat nupta: ergo ille acces
sus de iure in eo qui fuisset christianus non erat punibilis nec statutum
etiam sub rubrica de adulterio hoc casu punit talem accessum in mulie-
re non nupta viuente minus honeste: quinimmo statutum solum punit
adulterium commissum cum nupta ⁊ punit eos qui carnaliter cognouis-
sent mulierem non nuptam honeste viuentem arbitrio iudicis. quinim-
mo plus disponit ꝙ si aliquis acqsiuerit vel habere voluerit aliquã mu-
lierem non nuptam vilis conditionis in suam amasiam vel concubinam.
et inde fuerit in concordia cum eadem possit impune: ita ꝙ inde nulla cõ
mittat pena.et sit in arbitrio domini potestatis de villitate psone decer
7 nere. ¶ Preterea† statutum predictum punit pena centum solidorum
illum qui carnaliter cognouerit mulierem nuptam inhoneste viuentem
et certum est ꝙ maius crimen est adulterium qđ committitur cum nupta
ꝙ stuprum quod committitur cum muliere non nupta.xxxij.q.vij. adulte
rij malum.et patet quia pena adulterij est pena vltimi supplicij in mascu
lo vt dixi sed pena stupri commissi cum muliere non nupta honeste viuẽ
8 te non est tanta: vt est dictum.⁊ crimina† iudicantur grauiora vel leuiora
ex qualitate pene.l.ij.ff.de pub.iudi.l.saccularij.ff.de extraordi. cri.no.gl.
xxxij.q.vij.quid in omnib⁹.et Bar.in.l.leuia in prin.ff.de accu. ergo pro-
pter statutum predictum puniens adulterium commissum cum muliere
nupta inhoneste viuente in solidis centum nõ posset stare ꝙ accessus ad
mulierem non nuptam inhoneste viuentem grauius puniretur. ¶ Pro
9 hoc facit id quod colligitur† ex glo.not.in.l.pe.C.de adul.vbi habetur ꝙ
cum hodie sit inductum ꝙ pena adulterij in muliere sit ꝙ detrudatur in
monasteriũ: vt in aut.sed hodie.C.de adul.etiã detrudet in monasteriũ:
mulier propter stuprũ lz olim stupro maior esset pena: vt.d.§. Itez lex: ne
aĩs sequatur absurdũ ꝙ maior pena imponatur pro stupro quod est mi-
nus graue qđ pro adulterio ꝙ est magis graue.⁊ hoc per plura cõprobat
Saly.in.l.conuenticulam.C.de episco.et cleri.talem interpretationem di
cit esse declaratiuam mentis non extensiuam ⁊ eius verba ⁊ alia que pro
hoc adduci possent prolixius non refero quia nõ expedit quoniam ex di
spositione dicti statuti apparet clare quod aut accessus ad mulierez non
nuptam inhoneste viuentem non erat prohibit⁹ vel permissus seu de eo
specialiter prouisum et sic in terminis iuris communis relinquebatur.l.si
vero.§.de viro.ff.soluto matrimonio.⁊.l.si seruum.§. non dixit p̃tor.ff. de
acquir. heredita.quo casu de iure communi talis coitus regulariter erat
impunitus dicta.l.si vxor.et dixi supra aut data vtilitate psone mulieris
oportet fateri quod per statutum etiam est prouisum quod nõ puniatur
vt in dicto statuto in versicu. Item quod si quis acquisiuerit vel habere
10 vellet ⁊c. Et supra retuli ꝙ iudei vtunt iure cõi vt dixi. ¶ Et debẽt† etiã
cum eis seruari statuta loci quia statutã ciuitatis debent quo ad populũ
illi⁹ loci seruari sicut cessante statuto seruari deberet ius ciuile romanoꝝ.
l.omnes populi ff.de iusti.⁊ iur.et in.§.omnes cum.§.sequenti insti.de iu
re natu.et prima distin.ius ciuile sed iudei dicuntur esse de eodem popu
lo et corpore ciuitatis: quãuis non sint de corpore spirituali.l. christianis.
C.de paganis sacrificijs et templis.⁊ ita expresse dicunt moderni in.c.iu
dei siue saraceni ad fi.de iude.qui pro hoc allegant ea que habentur in au
ten.de questore in prin.ibi dum tex.dicit ciuitas nostra populosa est tur-
bis diuersorum hominum et quod per illum tex.not. Bal.in.c.j.de for.fi-
deli.et ex hoc infertur ꝙ statuta que communiter sunt per italiam dispo
nentia quod extantibus masculis filie femine non succedant locum etiaz
11 habeant in iudeis. ¶ Et comprobatur quia† qua ratione iudei existen-
tes in locis in quibus seruatur ius ciuile romanorum dicũtur esse de po-
pulo romano quo ad hoc vt legibus illis viuãt vt dicta.l.iudei.et ideo di
cuntur in filios habere ius patrie potestatis que est de iure romano-
rum ita not.glos.xxviij.questio.j.iudeorum. et in dicto.c. ius quiritum. et
not. Bal.in.l.nam et ciuium.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.⁊ firmat do-
minus Cardinalis florentinus in clemen.j.in vltima.q.de iude. ⁊ Gaspar
de calda.in consilio secũdo sub Rubrica de iude. et est magis communis
12 conclusio quicquid dixerit Archy.in dicto.c. qui sincera licet illi† qui nõ
sunt subiecti imperio romano non habeant filios in potestate secundum
glo.no.insti.de pac.pote.que exemplificat in frãcigenis quod reputat sin
gulare Bald.in.c.j.in titu.an maritus succed.vxo.in benefi.⁊ in.c.ij. ad fi.
de fratri.de no.benefi.inuesti.eadẽ ratione illi iudei qui sunt ĩ alio popu
lo viuente alijs legib⁹ debent viuere legibus illi⁹ populi dicta.l. omnes
13 populi. ¶ Fortificantur† predicta per id quod habetur in.l.spadonẽ.§.
iam autem.ff.de excusa.tuto.et quod ibi per illum tex.no. Bald. dicẽs ꝙ
immunitas cõcessa incolis certi loci habet locum in iudeis et ita dicit le
14 habuisse de facto. ¶ Accedit† id quod no. Ang.in.l.vtimur.ff.de sepul.
vio.⁊ in.l.j.ff.ad legem iul.maie.vbi dixit quod si alicui data est securitas
pro se et socijs quod in ea includetur etiam iude⁹ socius quia licitum est
nobis cum iudeis societatez habere atꝗ commertium allegat.l. qcunꝗ.
C.de iude.et melius probatur in.c.postulasti.⁊ in.c.et si iudeos de iude.li
cet Bart.hoc indecisum reliquerit in dicta.l.prima.ff.ad legem iul.maie.
¶ Tamen quia per dictum.c.in nonnullis de iure communi est prohibi-
tum iudeis commiscere se cum mulieribus christianorum. et in casu isto
non cadit ista pena in crimen adulterij nec stupri vt supra probatũ est pe
15 na† que venit imponenda etiam si grauem faciamus contra hebreos in-
terpretationem erit pena arbitraria.⁊ sic pena extraordinaria cum de iu
re communi in casu nostro non cadat pena limitata a lege ideo erit pena
arbitrio iudicis.l.p̃ma.§.expillatores.ff.de effractor.l.sanctio leguz.ff. de
penis no.glo.et doc.in.l.nemo martyres.C.de sacrosan.eccle.⁊ in.c.super
his in verbo arbitrium de accusa.vbi autem iudex debet punire extraor
dinaria seu arbitraria pena ibi non potest imponi pena capitalis quia il
la non appellatur extraordinaria vt colligitur ex his que tradũtur p gl.
no.in.l.sacrilegũ la secunda in prin.verbo considerandum est.ff.ad legez
iul.pecu. Benefacit.l.prima.ff.de furi.et balnea.⁊ dicta.l.prima.§.expila
tores in princip.iuncto si.et.l.tertia.§.pena.ff.de crimi.stellio.⁊ hoc tenet
Oldra.in dicta.l.prima.ff.de furi.⁊ balnea.per illum tex.⁊ idem colligitur
ex his que voluit glo.not.iuncto tex.in.c.super his in verbo alioquin.de
accusat.vbi habetur quod quando venit imponenda pena arbitrio iudi
cis debet iudex imponere non penam ordinariam vel maiorez sed mitio
rem.et ita etiam tenuit dominus Cardi. Florentinus in.c.ex literis.de cõ
sti.et licet glo.insti.de iniu.§.in summa quam nonnulli sequuntur teneat
contrariuz.tamen respondeo primo ꝙ iudici non licet arbitrari de pena
mortis vel mutilationis membri nisi quando concurret circunstãtie seu
qualitates que suadeant penam talem esse imponendam: ita dicit Jo.de
imol.in.d.c.inquisitionis.et in.l.ij.ff.de pub.iudi.et in.d.c.ex literis.p ea
que notantur per glo.in.d.c.super his in verbo arbitrium.et per no.per
glo.et Bar.in.l.si qua pena.ff.de verb.signi.et ita etiam no. Bal.in.l.j.C.
de his qui latro.et faciũt no.per eundẽ in.l.credibile.C.de pe.sed in pro-
posito nostro non interueniunt qualitates que ita suadeãt: sed contrariũ
quia istud non fuit adulterium: quinimo nec stupruz quia mulier erat in-
honeste vite et vilis conditionis: nec reperitur ꝙ qualitas cõditionis iu
daice in persona commiscente se cum christiana muliere inhoneste viuen
te saltem quando se non commisceret iungendo se in cõiugium cum chri-
stiana exigat penaz mortis vel mutilationis membri: vt patebit ex his q̃
dicam respondendo ad allegata in contrarium. ¶ Secunda respõdeo ꝙ
vbi venit pena iudicis arbitrio imponenda iudex debet inclinare in mi-
tiorem penam ita inquit Bal.in.l.quicũꝗ in ante pe.col.C.de serui.fugi.
allegat no.per glo.in.c.de causis.facit.l.si preses.ff.de pe.et id quod legit
et no.in regula in penis lib.vj.et tanto magis quia iudex cuius arbitrio
pena venit imponenda non debet arbitrari de maiori pena ꝙ in istis vel
similibus sit solitum imponi: ita dicit Anto.de butri.et Jo.de imo.in.d.
c.de causis.⁊ Ange.in.l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iudi.et Jo.de imola in
d.l.ij.de publi.iudi.p ea que not.in.l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de his
qui no.infa.et in.l.hodie.ff.de pen.⁊ in.c.cum dilectus.de consue. Immo
scio similem casum alias contigisse bis in iudeo et fuit imposita pena pe-
cuniaria. ¶ Accedit etiam quia presupponitur quod hactenus pena co-
gnoscentis mulierem non nuptam honeste viuentem non fuit arbitrata
vltra libras ducentas vel trecentas inter christianos.et tamen illa quali-
tas honestatis et inhonestatis est maximi ponderis in hoc crimine: quia
quando cum muliere retinente nomen honeste mulieris fuit habita simi-
lis coniũctio poterat de iure communi imponi pena corporalis.d.§. Itẽ
lex cuz.§.sequenti.et tamen si erat mulier inhoneste vite talis concubitus
erat de iure communi et etiam municipali impunitus: vt fuit supra ostẽ-

su n.et sic propter dictam qualitatem inhonestatis inducitur maxima al
teratio.⁊ est apta facere delictum punibile et impunibile.ergo eadem ra
tione quamuis qualitas diuerse secte alteraret delictū et consuetudo ser
uata in vno extenditur ex idemptitate rationis ad alium casum similem.
l.de quibus.cum ibi not.in glo.prima.ff.de legi.et in.l.j.C. que sit long. cō
sue.saltem cum hoc non sit inducere correctionem sed declarare modum
qualiter debeat arbitrari pena que de iure esset arbitraria. et sic ꝙ impo
16 natur pecuniaria in libris ducentis vel trecentis aut† circiter : modicus
enim excessus non reddit arbitrium iniquum.l. si societatem.§. arbitro-
rum.iuncta.l.vnde si nerue.ff.pro soc. Et aliud est declaratio aliud corre-
ctio.l.heredes palam.§.sed si notam.ff.de testa.et expresse dicit Ludo. ro
manus in Rubrica.ff.de arbi.circa quartam cartam in ver. Itez an si sta-
tutum sit in ciuitate ꝙ quando pena venit iudicis arbitrio imponenda
iudex debet imponere penam que pro simili delicto erat consueta impo
ni allegat not.per glo.in dicto.c.inquisitionis.et per Anto. de but. in di
cto capitulo de causis. et qua ratione dixi non esse arbitrandum de pe-
na mortis eadem ratione dico non esse arbitrandum de mutilatione
17 membri:tum per ea que proxime dixi† tum etiam quia mutilatio mem-
bri equiparatur morti:vt.d.§.prohibemus in autē.de colla. et not. in.l.ij.
C.de of.eius qui vicem alte. ge. et not. Guil.de cu. et Bartol. in.l. impe-
rator.la secūda.ff.de statu ho.cum si. ¶ Non obstant allegata in contra-
rium.et primo id quod habetur in.d.§.his ita. et in .d.§. huic apparet. et
originaliter habetur numeri.xxv.quia respōdeo ꝙ ille tex. facit poti⁹ in
cōtrarium.nam dicit text.in.d.§.his ita als est.§. qui incipit. Item cum
Balaam sic formaliter miracula maxime veteris testamēti sunt admiran
da nō in exemplum nostre actiōis trahēda. Multa enim tunc cōcedebā-
tur que nunc penitus prohibemus : tunc enim Samuel agab pinguissi-
mum regem amalec in frustra concidit. Nunc nulli ecclesiasticorum iudi-
cium sanguinis agitare licet. Tunc finees iudeum coeuntem cum madia
nita interfecit et reputatum est ei ad iustitiam hodie sacerdotib⁹ in per-
nitiem sui verteretur officij.⁊ sic apparet ꝙ licet sm temp⁹ legis veteris
permissum fuerit:ita occidere iudeum coeuntem cum madianita.i.de ge
18 nere abraam† madian enim et madai fuerunt filij Abraam et gethure.
vt per Archidia.in.d.§.hinc apparet.tamen vt dicit text. in.d.§. his illa
illud nunc non permitteretur quod prius fuerat permissum. ¶ Preter-
19 ea† precepta iudicialia veteris testamēti et veteris legis tendētia ad de-
cisionem causarum vel imponentia certam penam pro delicto non obli-
gant nec seruari debent nisi quatenus per habentem potestatem legis cō
dende post legem noui testi fuerūt approbata ita specifice dicit Joan.de
imo.in.c.si.in.iij.col.de cōsue.per id quod habetur in .c. translato de con-
sti.et reputat hoc menti tenendum et ad hoc etiam allegat sanctum tho-
mam in prima secūde.q.xcix.arti.ij.et.iij.et.q.ciij.arti.iij.⁊.q.ciiij.arti.iij.
et bene probatur in dicto.§.his et ita etiam no. Joā.de imo.in.l.stipula-
tio hoc mō concepta in.iiij.col.ff.de verb.ob.et in.l.iij.in vlti.colū.ff.de te
sta.vbi etiam ad hoc allegat not.per glos.vi.dist.§.his ita.et patet qō est
derogatum legi veteri in hoc quia vt dixi supra pro stupro non est pena
mortis et si mulier erat persona inhonestevite non puniebatur per leges
imperiales vt est dictum. ¶ Non obstat etiam id quod habetur in.l.ne-
quis.C.de iude.et.xxviij.q.j.caue.et.c.si quis iudaice quia ibi loquitur in
iudeo copulante se in coniugium mulieris christiane quod se habebat ad
magis assiduam et perpetuam coniunctionem vnde non debet extendi
ad iudeum qui simplicem fornicationem habuit cum muliere inhoneste
vite. ¶ Bene facit quod habetur in.l.fin.C.de interdict.mat.et de peni.
dist.j.in.§.pena et quod not.gloss.in.§.item mixta institu.de actio.etiam
glo.in regula in penis.lib.vj.⁊ in.c.j.de tempo.ordi.lib.vj.cum multis si.
nam quando iudeus se commiscuit cum muliere christiana secum contra
hens coniugium censetur adulterium committere vt inquit litera in di-
cta.l.nequis.non mirum si grauius punitur ꝙ̄ alia simplex fornicatio ha-
bita cum muliere saltem inhoneste vite cum adulterium sit lōge grauius
vt est ostensum. ¶ Non obstat etiam id quod habetur in.d.§.item lex cū
§.seqnē.quia ibi loquitur in coeunte cum virgine vel vidua honeste vite.
20 sed hec non est huiusmodi. ¶ Non obstat etiam ꝙ statutum† nō debeat
intelligi in iudeis eo quia nihil ad nos de his que foris sunt et ꝙ in gene
rali dispositione non debeant comprehendi persone odiose quoniam re-
spondeo quod illud quod dicitur in dicto capi.gaudemus quod nihil ad
nos de his que foris sunt intelligitur quo ad spirituales penas quia
quo ad illas ecclesia non iudicat.nam cum ipsi non sint de ecclesia non po
test ecclesia eos excommunicare sed quo ad alias penas sic.c.post misera-
bilem de vsur.c.postulasti de iude.xxviij.q.j.sepe cum ibi not. ¶ Item ni
hil ad nos de his qui foris sunt quia non possunt precise ad fidem cōpel-
li sed voluntarie sunt inducendi vt in dicto.c.qui sincera.et in.c.de iudeis.
xlv.distin.et ita declarat Innocen.et Hostien.in.c.quod super his de vo.
et Hostien.in summa in titu.de iude.§.et in quibus grauentur versi.et sic
licet.et oldra.in consi.xxxv.incipiente infrascripti sunt articuli vel posito
ꝙ non sint subiecti ecclesie.s.vbi ecclesia non habet temporalem iurisdi-
ctionē ⁊ ita procedat illa auctoritas nihil ad nos ⁊c.tam ēbene sunt subie
cti principibus habentibus iurisdictionem temporalē quia tales iudeos
punire possunt vt in dicto.c.in nunnulliis.et in dicto.c.postulasti.et in cle.
j.eod.titu.et not. Joan.and.in.c.cōtra christianos de hereti.in.vi.et in di-
cto.c.gaudemus.et late Pet.de ancha.in regula ea que in.vj.qō.et in suo
consi.xiiij.incipiente videretur prima facie ⁊c.et propterea comprehen-
21 duntur sub dictis statutis quia† a pari procedunt ligari statutis et sub ij
ci iurisdictioni vt not.xij.distin.illud.et in.l.j.ff.de iurisdi.om.iudi.⁊ not.
doc.in.c.quod clericis de fo.compe.et in.c.ecclesia sancte Marie de con-
stitu. et in.Rubrica de consuetu.et iudei in humanis actibus nobiscum
22 participant et iudicio.§.iam autem.⁊ ibi hoc notat Bal.⁊ propterea† di
cimus ꝙ pnceps absq; legitima causa pacificos iudeos de terris suis ex-
pellere non potest et sic non dicuntur persone que odio habende sint vt
plene probat Old.in consilio.cclxiiij.incipiente illa videtur quoniam vt
ipse inquit princeps tenetur eos diligere inquātuz sunt sue nature parti
cipes vt habetur de peniten.distin.ij.caritas in versi. nonnulli.⁊.c.seq. et
expellere sine causa est contra precepta charitatis adeo ꝙ ex huiusmodi
caritate tenetur tēpore necessitatis eis subuenire ⁊ eleemosynas facere.
xlij.distin.quiescamus.xvj.q.j.si cupis.lxxxvj.distin.non satis ⁊ quia scri-
ptum est celum celi domino:terram autem dedit filijs hominum.et idem
voluit ipsemet Oldra.licet non ita plene in consi.lxxxvij.quod incip.que
ritur an princeps.et Joan.and.in addi.spe.in Rub.de iude.et albericus
de rosate in rubrica.C.de iude. benefacit.l. christianis.C. de sacrifi. paga.
et temp. Et tanto magis hec procederent si indultum esset dictis iudeis
in loco ꝙ iudei ibi deberent gaudere beneficijs et immunitatib⁹ et in om
nibus et per omnia haberi prout omnes alij ciues ⁊ incole dicte ciuitatis
per id quod habetur in.l.ij.§.furiosus cum ibi not.per Ang.ff. de iure co
di.⁊ per Bal.in.d.l.omnes populi in.xvij.col.in ver.sed pone statuto ca-
uetur ⁊ per Bald. in.l.iij.§. hec verb.ff. de nego.gest. ¶ Preterea etiam
posito ꝙ dictum statutum non suffragaretur dicto iudeo tamen etiam de
iure communi non potest imponi pena mortis vel mutilationis membri
sed pena pecuniaria moderanda iudicantis arbitrio quemadmodum su-
pra dixi ⁊ ita concludo.⁊ cōmendandum esset ꝙ dominus princeps loci
specialiter quo ad hunc casum statueret qr attenta generalitate dicti sta-
tuti ⁊ narratis in themate circa vilitatem et inhonestatem mulieris non
nupte putarem absq; magna difficultate sustineri posse de iure quod di-
ctus coitus aut nulla aut satis leni pena veniat plectend⁹ vt facile ex pre
dictis deprehendi potest:sed quia non putaui mentem statuentiuz fuisse
in iudeis ita libere habenas relinquere sanctius duxi esse concludenduz
23 prout superius dixi. ¶ Et quia in consilio dictum† est hanc mulierē esse
inhoneste vite ⁊ posset dubitari qualiter oporteat hoc probari ⁊ viso di-
cto statuto dico quod in casu nostro non est omnino necessaria probatio
de qua loquitur dictum statutum in principio scilicet quod fuerit cogni-
ta a duobus adulteris vel pluribus vel que publice sui corporis questum
fecerit quia illud statutum loquitur quo ad mulierem nuptam et quo ad
adulterium cum ea commissum qui non est proprie casus noster vt patet
ex predictis:vnde cum in casu nostro non sit de necessitate probandum in
specie certum factum sed in genere mulierem esse inhoneste seu infamate
vite iuxta id quod habetur in dicto.§.item lex iulia cum si. sufficerent te-
stes singulares quorum vnus probaret de vna re inhonesta alius de alia
per nota.per glos.⁊ doct.in.l.ob carmen.§.si.ff.de test. ⁊ per glos.iij.q.viij.
in.c.nihilominus ⁊ per Inno.in.c. qualiter ⁊ quando el secundo de accu-
sa.⁊ Spe.in titu.de inquisitione.§.j.versi.quid si vnus ⁊ in.§. nunc tracte-
mus versi.item sufficit ⁊ in titu.de testi.§.iam de interrogatorijs versicu.
item de tempore ⁊ Jaco.but.in.l.ariani.C.de hereti.⁊ Bald.in.l.actor in
quarta colū.C.de proba.⁊ in.l.j.C.de testa. ⁊ in .l.j.C. qui numero tute. et
Anto.de but.in.c.cum oporteat de accusat.⁊ moderni in.l.inter pares.ff.
de re iudi.cum si. ⁊ est communis conclusio ista secundum Joan. de imo.
in dicto.c.cum oporteat.⁊ sufficeret probare ꝙ fuisset iuncta cum aliquo
in reb⁹ venereis:vt quia sit inuenta in camera sola cum solo osculāte vel
tangente vt no. Barto.post glo.in.l.capite quinto de adulter. per ea que
habentur in.c.preterea de testi.⁊ in.c.literis ⁊ in .c. tertio loco de p̄sump.
⁊ not. Barto.in.l.ij.§.fin.⁊ in.l.quod ait lex in prin.ff.de adulte. ⁊ per no.
per glo.⁊ Bart.⁊ Ang.in.l.j.ff.de extraordi.cri.⁊ Bart.in.l.ij.in princ.ff.
de fur.vel si probaretur ꝙ visum est sepe deridere iuuenes intrantes do-
mum suam ⁊ quod ita communiter seruant mulieres inhoneste viuentes
ita Bald.in.l.data opera in.xviij.colum. C.qui accusa. ⁊ per Jaco. but.et
Bal.in.l.neq; natales.C.de proba.⁊ Bald.in.l.si.ff.de here.insti. et si per
duos testes cōtestes probaretur etiam quod visa fuit sola cum solo in re-
bus venereis vt de osculo.⁊ per duos alios similiter contestes probare-
tur quod fuisset similiter visa cum alio adhuc fortior esset probatio quia
diceretur habunde esse probatum:poterunt etiam admitti ad testifican-
dum illi qui cum ea se copulassent : quia cum iste sit de casibus in quibus
socius potest de socio interrogari vt patet ex notatis per Barto.in.l.re-
peti.§.si.ff.de questio.⁊ per doct.in.l.si.C.de accusat.et in .c.j. de cōfess.cū
simi.admittitur ad testimonium etiam socius vel particeps criminis per
not.plene per Saly.post gl.in.l.quoniam liberi.C.de testi. Fama etiaz in
predictis multum adminiculatur dicto.c.preterea.

¶ Summarium super consilio.xiiij.

1 ☞ Relatiuum appositum sine copula restringit antecedens.
2 Exceptio dicitur firmare regulam in casibus non exceptis.
3 Constituens procuratorem ad causas ⁊ ad omnia que cōstituens posset
excepto iuramento de calūnia videtur constituere ad ea que speciale mā
datum requiruntur excepto iuramento.
4 Clausula generalis cum omnibus iuribus ⁊ pertinentijs nō comprehen-
dit ea que iam declarata erant non esse de pertinentijs.
5 Tradens castrū cum pertinētijs non videtur tradere res speciales sitas
in territorio dicti castri pertinentes ad ipsum concedentem.

¶ Consilium.xiiij.

De natura

¶ De natura relatiui. et qualiter intelligatur quod exceptio debet esse de regula.

D*omini redēptoris nostri in*uocato suffragio. Abunde ⁊ eleganter per celeberrimos dominos supra consulentes mihi maiores honorandos deducta sunt ea que ad supra scriptam consultationē pertinent ⁊ per eos re-
1 cte in ea conclusum esse. nam in primo † negari non potest qđ relatiuum appositū sine copula restringit antecedens suum. l. a filio. §. testator. et §. iura. ff. de ali. ⁊ ciba. lega. l. heres. §. vxori. ff. de lega. l. heres. §. vxori. ff. de lega. iij. ergo licet in instrumēto dicat ꝙ Laurentius vēdidit Baptiste ⁊ celidonio de agazadia duas tertias partes suarū possessionum pro diuisio videlꝫ terras laboratiuas vineatas sodas pratiuas boscatas ⁊ alias quascūqꝫ: tamen qꝛ subsequit relatiuum. s. que pro alia tertia parte pro diuiso tenent ⁊ possident per Joannem nicolai de burgensibus apparet restrictū esse antecedens ad illas tm̄ terras quarū tertiam partē pro diuiso tenet dictus Joannes. ergo nemora et silua que pro indiuiso remanserant inter dictū Joānem ⁊ Laurētiū nō sunt cōprehēse.
2 ¶ Nec obstat † qđ dictus Laurētius in dicto contractu venditionis reseruauerit sibi palatium quoddaꝫ cum domibus et claustris ad dictum palatium pertinētibus ⁊ sic exceptio ista debet firmare regulam in casibus non exceptis. l. quesitū. §. deniqꝫ. ff. de fun. instru. in aut. de non alie. §. vt autem. quia comprobando responsionem datam per dominos consulentes respondeo qđ aut palatium nō erat commune pro indiuiso dictorum Laurentij ⁊ Joannis: ⁊ tūc obiectio cessat quia palatiū non est de eo genere bonoꝝ de quo sunt nemora: ⁊ sic non potest dici ꝙ per talē exceptionē declaretur qđ in precedenti concessione veniāt ea que communia erant pro indiuiso inter dictam Joannem ⁊ Laurentium. l. nam quod liquide. §. fin. ff. de penu. lega. aut dictū palatiū erat commune pro indiuiso dictorū Joannis ⁊ Laurentij: ⁊ tunc dubium facere videretur:
3 qꝛ † exceptio debet esse de ꝯtentis sub regula vt declarat Dy. in Rubrica de regu. iur. in. vj. in fi. ⁊ per Bart. post glos. in. l. j. ff. de regu. iur. in. vj. l. in his. ff. de legi. ⁊ ideo dicit lapus ⁊ Dominic⁹ in. c. qui ad agendum. §. j. de procur. in. vj. ⁊ in. c. ij. in fi. de offi. vica. eo. lib. ꝙ si constituo te procuratorem ad causas seu ad agendum ⁊ ad omnia que ego possem: excepto qđ nō possis iurare de calumnia vel nō possis iuramentum deferre. ⁊ sic excepto vno de requirentib⁹ speciale mandatuꝫ videor tibi dedisse mandatum ad ea que speciale mandatum requirunt excepto iuramento predicto quia alias exceptio non esset de regula. Itē alias dicta exceptio nihil operaret et similiter dicunt qđ si episcopus vicario suo commisit omnia que ipse episcopus potest excepta collatione beneficiorū que requirebat speciale mandatuꝫ: vt. d. c. ij. videbit in generali commissione cōmisisse ea que requirebant speciale mandatū ꝙuis si nō esset facta dicta exceptio non fuissent comprehensa ea que requirebāt speciale mandatum: vt in. d. c. qui ad agenduꝫ. ⁊ in. d. c. ij. ⁊ ad. l. generali. §. vxori. cū ibi no. per Bart. de vsuf. leg. cum si. diceret ꝙ ibi exceptio erat de regula. Itē operabat in casu excepto absqꝫ eo ꝙ ampliaret regulaꝫ: vnde si legat testator hoc modo lego Titio oīa que sunt in domo excepto argento non videntur legata illa que erāt venalia que nō fuissent comprehensa si illa exceptio argenti nō venalis non fuisset: facit quia exceptio operatur in excepto argento ⁊ est de regula. ¶ Tamē hoc nō obstante teneo qđ dicta nemora non comprehendantur quia posito qđ vera esset opinio Lapi: ⁊ Dominici in dictis locis quā tamen reprehendit Pet. de anch. in rubrica de reg. iur. in. vj. in. iiij. q. ⁊ in. d. c. ij. ⁊ pro eo facit: licet ipse nō alleget. l. si. s̄m vnum intellectum glos. ff. quod quisqꝫ iur. vbi exceptio facta de casu nō comprehenso sub regula videtur facta ad abundantem cautelam. ⁊ sic illud nō operatur. facit. l. qui mutuam in prin. ff. māda. nihilominus aliter respondeo ad decisionem Lapi et sequaciuꝫ scꝫ quod in casu suo verba regule erant taliter prolata ꝙ erāt apta comprehendere casus speciale mādatum requirētes patet quia dictum fuit quod posses facere omnia que ego possem. nō mirum si propter dictam exceptionē factam de casu requirēte speciale mandatum sub dicta regula comprehendunt casus speciale mandatum requirentes. s. illi qui non fuerunt excepti: sed in casu nostro verba regule non erant apta comprehendere dicta nemora indiuisa: quia regula loquebatur solum de terris diuisis ⁊ nemora erant indiuisa: vnde etiam si voluisset Laurentius venire in dicta venditione nemorū nō possemus dicere qđ illa comprehenderentur in dicto instrumento venditionis: quia verba ibi expressa
4 non patiuntur. l. in ambiguo. ff. de rebus dub. ¶ Non obstat † etiam si diceret qđ per clausulam illam generalē subsequentē videlꝫ cum omnibus suis iuribus ⁊ pertinentijs dictarū rerum venditarum ⁊ cuiuslibet ipsarum ⁊c. videantur comprehendi dicta nemora: quia corroborando etiā ea que dicta sunt per prefatos dominos cōsulentes respondeo qđ Laurentius nō habuit nemora pro pertinētijs rerum venditaruꝫ patet quia etiam in ipsa venditione fuerunt nominatim ⁊ eque principaliter vendite terre nemorose vna cū alijs terris patet ibi dū dixit. videlꝫ terras laboratiuas vineatas sodas prauitas boschatas ⁊ alias quascunqꝫ: ⁊ sic etiam de boschatis mentionem fecit merito illa clausula in qua dicitur cum pertinentijs ⁊c. non intelligitur de nemoribus quia supra declaratum erat nemora nō esse pertinentias: sed res eque principales. facit. l. sed si per pretorem. §. deinde. ff. quibus ex cau. ma. et. l. j. §. cum. ff. de postul. ⁊ quod not. in. l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdi. om. iudi.

Preterea illa verba: scilicet cum pertinentijs ⁊c. debēt intelligi de pertinentijs eiusdem qualitatis que essent diuise inter Joānem ⁊ Lauren-
5 tium sicut ipse res principales hoc patet † ex eo quod notabiliter dixit Joannes de imo. in. l. iij. in fine principij. ff. de acquir. possess. vbi inquit quod si quis tradat castrum cum pertinentijs non videtur tradere res speciales sitās in territorio dicti castri pertinentes ad ipsum concedentem: sed solum videtur intellexisse de iurisdictione ipsius territorij: vt sic illa oratio vniformiter intelligat. ar. l. iam hoc iure. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊. l. in testamēto. C. de te. mil. nisi s̄m eum aliud cōstaret de mēte ex verisimilibus cōiecturis vt quia venditum esset castrum ⁊ verisimiliter non fuisset datum illud pretiuꝫ quod fuit datum nisi fuissent ille res incluse per. l. semper in stipulationibus cum glos. ⁊. l. in obscuris cum glos. ff. de regu. iur. ¶ Et per hec etiā infero ad secundum dubium ꝙ dictus Baptista et celidonius non valuerunt prescribere longo tempore dicta nemora: quia carebant titulo in eis. l. nullo cum vulgaribus. C. de rei vendica. Preterea dicitur in themate quod non apparet pro quanta parte dicti Baptista et Celidonius possederint ergo illa incertitudo impediuit eos posse prescribere per ea que habentur in. l. locus. ff. de acquirend. possess. et declarat notabiliter Bartol. in. l. emptor fundi. ff. pro empto. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xv.

1 ☞ Tutrix cedens actiones competentes heredibus non potest cedere actiones directas que competunt ipsis heredibus. nu. 2.

¶ Consilium. xv.

¶ Cedenti quādo solui possit nō obstante cessione alteri facta: ⁊ ꝙ annuus redditus non computatur inter mobilia.

R*edemptoris nostri inuoca*to suffragio. Attentis supra narratis nihil videtur iustitiam esse pro dictis heredib⁹ Bartholomei de pretis.
1 presertim ex infrascriptis. nam ꝙuis tutrix † filiorum ac heredum dicti Bartholomei cessisset prefato dño Jacobo actiones cōpetentes dictis heredibus cōtra cameram ⁊ translate essent in prefatum dominū Jacobum tamen remanserunt apud eosdeꝫ heredes Bartholomei actiones directe. quarum occasione potuit eis per camerā satisfieri assignando eis dictum redditum montis salis pro dicta quātitate cum nondum esset per prefatum dñm Jacobum cessionarium denunciatum camere Bononie seu agentib⁹ pro camera quod non solueret dictis heredibus Bartholomei: nec per dictum dominuꝫ Jacobum lis cōtestata esset contra cameram super eo in quo tenebatur camera ipsi dño Jacobo tāꝙ cessionario nec adhuc pars aliqua quantitatis debite dño Jacobo occasione dicte cessionis fuisset soluta p cameram predicto dño Jacobo. istā probantur in. l. ij. C. de nouatio. et in l. nomen. C. que res pig. obli. poss. ¶ Ex quo infertur quod recte fuerūt discripti creditores montis salis in libris duobus ille prefati heredes Bartholomei: quia erant adhuc veri creditores camere ⁊ contra eaꝫ directas actiones habebāt non obstāte cessione p iura prealiegata. ¶ Nec obstat ad hoc si diceretur qđ imo sufficit quod agentes pro camera ꝯtra quaꝫ facta erat cessio scirent tempore quo satisfecerūt dictis heredibus Bartholomei qđ ipsi heredes Bartholomei mediante eorum tutrice cessissent domino Jacobo iura contra cameram. l. fi. ff. de transact. et. l. facta. §. si heres. ⁊ vtrobiqꝫ plene no. ff. ad treb. qꝛ respondeo quod nō apparet ꝙ agentes pro camera tempore quo fuit satisfactuꝫ dictis heredibus Bartholomei haberēt scientiam dicte cessionis: imo ignorasse presumuntur cum consisteret in facto alieno. l. fi. ff. pro suo. c. ab excommunicato. de rescrip. Preterea. d. l. fi. ⁊. d. §. si heres non loquuntur in cessione facta per creditorem alteri contra debitorem eo modo quo fuit in casu nostro: vt plene per docto. in. d. §. si heres. tamen precedēs responsio pla-
2 nior ⁊ tutior est. ¶ Stante † ergo quod legitime dicti heredes Bartholomei fuerint descripti creditores montis salis ⁊ recte fuerit eis assignatus dictus redditus montis salis occasione dictarū directaruꝫ actionū que apud eos remanserant sequitur quod alienari ⁊ transferri postea nō potuit in totum vel pro parte illud ius competens dictis heredibus ad dictum redditum annum montis salis ī prefatum dominum Jacobum describendo prefatum dominum Jacobum ī creditorem seu dominum dicti iuris ⁊ redditus anni loco dictorum heredum qui erant pupilli seu minores: quia non interuenit consensus dictorum heredum qui erat necessarius tam ex forma prouisionis edite super iuribus dicti montis; vt in themate suprascripto narratur quam etiaꝫ de iure communi. est enim regula iuris quod id quod nostrū est sine facto nostro a nobis auelli nō potest: vt. l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. imo etiam si consensissent prefati minores non fuisset talis consensus sufficiens. qꝛ talis redditus annus computatur iter immobilia: vt. l. iubemus nulli. ī pͥnc. et ibi not. C. de sacrosanc. eccle. ⁊ in aut. de non alienan. §. hec vos cum glo. ī verbo ciuiles annonas. ī cle. exiui. §. cunqꝫ [?] anni redditus. de verborum signific. Quinimo ex forma statuti ciuitatis sub Rubrica de contractibus minorum nullus minor. xxv. annis qui sit sui iuris potest cōtrahere vel alteri se obligare vel bona sua immobilia vel aliqua alia iura vendere alienare cedere vel alteri obligare vel renunciare alicui iuri sibi competēti vel cōpetituro nisi id faciat pupillus cū authoritate tutoris seu p tutorem: ⁊ adult⁹ cum authoritate curatoris ⁊ ī presentia vnius doctoris decretum interponētis ⁊ quedam alie solēnitates in alienatione rerū im-

mobilium minoris .xviij. annis requiruntur vt plenius in dicto statuto cauetur: que quidem solēnitates nō interuenerūt in casu predicte translationis. ¶ Et si diceretur nō esse equum qđ dicti heredes Bartholomei cesserint actiones suas cōtra cameram domino Jacobo pro pretio librarum quingentarum eis promissarum et quod dicti heredes habeant pretium id est dictas libras quingentas. Itē habeant ius ad redditum annuū montis salis eis per cameram assignatum pro satisfactione eorum crediti. quia respondeo quod dicti heredes Bartholomei tenentur prefato domino Jacobo seu eius heredib⁹ ad illud quod debebat eis camera p̄dicta tēpore cessionis. ⁊ sic ad id in quo facta est cessio non autem tenebant̄ aut tenent̄ dare prefato dn̄o Jacobo vel eis heredibus ius ad redditum annuū dicti montis salis q; non fuit cessum tale ius prefato dn̄o Jacobo per dictā tutricē vel per dictos heredes Bartholomei nec tempore cessionis tale ius ad dictū redditum montis salis cōpetebat dictis heredibus Bartholomei. Laus deo.

¶ Consilium .xvj.

¶ In materia huius authentice contra rogatus. C. ad trebel.

¶ Spectabilis domina Apolonia suum condidit testamentum in quo inter cetera sic disposuit q; sibi heredes vniuersales instituit magnificos ⁊ nobiles dominos comitem Ludouicum comitem Joannem ⁊ comitem Jacobum de manfredis fratres ipsius testatricis: et si aliquis dictorū suorū fratrum decederet sine liberis tunc ⁊ eo casu voluit iussit atq; mandauit ipsa testatrix quod pars sic decedentis perueniat et peruenire debeat ad alios siue ad alium superuenientes vel superuenientez fratrē vel ad eorum siue eius liberos in stirpem et non in capita. voluit tamen iussit atq; mandauit ipsa testatrix qđ dicti eius fratres et heredes nō possint nec valeant aliquid de bonis ipsius testatricis vendere seu modo aliquo alienare vnus sine alijs ipsorum fratrū nisi omnes ipsi tres fratres consentiant ipsi tali venditioni siue alienationi qđ si secus factū fuerit per aliquē ex ipsis fratribus heredibus predictis tūc et eo casu voluit iussit atq; mādauit ipsa testatrix talē venditionem siue alienationem vnam vel plures esse nullam vel nullas ⁊ nullius valoris roboris efficacie atq; momenti. ⁊ voluit iussit atq; mādauit ipsa testatrix ipsa bona sic tunc vēdita vel alienata peruenire debere ad reliquos fratres ⁊ heredes predictos vnum vel plures qui non cōsenserunt siue nō cōsenserit tali venditioni siue alienationi vni vel plurib⁹. Si autē oēs dicti fratres decederēt sine liberis tunc ⁊ eo casu voluit iussit atq; mandauit ipsa testatrix omnia et singula bona ipsius testatricis et hereditati sue ⁊ que non essent vēdita siue alienata p dictos eius fratres ⁊ heredes vendi debere per dictos eius cōmissarios ⁊ pretium eorū distribui debere inter pauperes ⁊ miserabiles personas tunc eligendas per dictos eius cōmissarios pro anima ipsius testatricis. Mortua demum testatrice dedita fuit hereditas p dictos institutos ⁊ demum decesserūt dicti comes Ludouicus et comes Joannes sine liberis superstite dicto comite Jacobo qui vult alienare de dictis bonis querit̄ an possit ⁊ ꝙtū adeo qđ si cōtingat eum postea decedere sine liberis non possit nomine pauperum inquietari ille in quem alienatio facta esset.

DOmini redemptoris nostri

innocato suffragio. Breuiter ad quesitum respōdeo posse alienari de dictis bonis vsq; ad tres partes ⁊ quatuor bonorū que remanserūt ī hereditate dicte testatricis attento quod testatrix voluit post mortem omniū dictorū institutorum decedentium sine liberis erogari in pauperes Christi bona que reperirentur esse in hereditate et que non essent alienata per dictos heredes ⁊ sic in effectu voluit restitui pauperibus illud quod superesset in hereditate tempore quo eueniret conditio substitutionis fideicommissi quo casu heres potest alienare reseruata solū quarta parte illi cui testator restitui voluit id quod superesset: vt est tex. in aut. contra rogatus. C. ad treb. ⁊ plus ibi subdit imperator quod etiam dictaz quartā diminuere seu alienare posset pro alimētis sibi necessarijs. ⁊ not. in aut. res que. C. cōmu. de lega. et quo ad potestatem alienandi tres partes ex quatuor bonorū fuit de mente gloss. fin. in. d. aut. contra rogatus qđ non distinguat̄: an dolo alienet̄ vel sine dolo patet ibi dum gloss. dicit si dodrantem totum iam dilapidauit ⁊c. et illā ad hoc ponderat Rapha. cu. in. l. titius. ff. ad trebel. hoc etiā voluit gloss. in. l. imperator. §. fi. ff. de leg. ij. ⁊ ibi etiā clarius Barto. ad fi. in ver. secūdo casu ⁊c. vbi habetur quod etiam quādo heres rogat⁹ restituere quicquid supererat alienauit animo interuertendi fideicommissum et sic mala fide nihilominus non tenetur reseruare nisi quartam. ⁊ probari videtur in auten. de restitutionibus circa mediū collatione octaua in versi. non enim concedimus ⁊c. Pro hoc bene facit id qđ ibi not. Jaco. de bel. volens qđ dispositio illius aut. emanauit solum ad tollendas discordias que oriri potuissent inter heredem et fideicommissarium vel ex proprietate verborum vel ex iuris dispositione. Ita etiam videtur tenere gloss. ⁊ ibi Bar. ⁊ Ang. i. l. peñ. ff. ad treb. attento quod ibi loq̄t in herede qui consumpsit ꝙ verbū accipitur in malam partem vt ibi dicit Ang. vel scđm Jo. de imo. i. d. l. penul. dicendū est saltem hodie esse licitū dicto heredi cōsummare tres partes ex quatuor bonorū hereditatis: vt in. d. autenti. contra rogatus. ⁊ ita in dubio talis heres alienando non videtur dolo facere cum id suo iure ei liceat. l. nullus videtur. ff. de regu. iur. ideo in dubio non presumeretur dolus ḿ eum. arg. l. merito. ff. pro so. ⁊ per not. in. l. fluminum. §. fi. ff. de dā. infect. Sed vbi appareret qđ heres principaliter alienaret in fraudē fideicōmissarij dicit Joan. de imo. qđ forte non videtur qđ hoc facere possit per id quod not. in. l. j. §. deniq;. ff. de aqua plu. arc. ⁊ in. d. l. fluminum. §. fi. Sed in casu nostro nō potest dici quod cōstet qđ in fraudem ⁊ causa interuertendi fideicōmissi principaliter fiat alienatio: cum dictus comes Jacobus non habeat aliquid aliud in bonis et ex fructibus nō posset cōmode sibi cōsulere inspecta qualitate ac nobilitate generis sui. quinimo ḿ magis verā opinio. videtur qđ dummodo reseruet quartam nō videatur dici posse hodie ꝙ heres alienet in fraudem ⁊ causa interuertendi fideicōmissum adeo qđ hoc sibi non liceat: vt probatur in. d. aut. de restitu. et per glos. ⁊ per Bartol. in. d. l. imperator. et dixi supra. ¶ Quinimo fortius voluit signanter Bald. in. d. aut. contra rogatus qđ si dictus heres in vita sua non alienasset tres partes ex quatuor sed in vltima voluntate disposuit de dictis bonis vsq; ad dictas tres partes hoc facere poterit. arg. l. sicut. §. venditionis. ff. quib⁹ mod. pig. vel hypo. sol. hoc vltimū tamen non pono pro constanti: quia non est necessarium. Et potest dicta alienatio trium partiuz fieri pro diuiso vel indiuiso seu in aliquibus rebus integris dummodo tot alia bona per se supersint que sufficiāt ad quartam bonorum vt probatur in dicta aut. de restitu. versus finem ibi dum dicit si vero cōtigerit alias tetigerit quartam. et non habeat ad supplementum aliam substantiam tunc damus ⁊ contra emptores ⁊c. facit. l. marcellus. §. res que. ff. ad treb.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio .xvij.

1 Prouisio facta a testatore in vno casu porrigitur ad alium casum in quo testator similiter prouidisset si de eo cogitasset.
2 Testator iuris presumptione magis diligit descēdentes suos ꝙ transuersales.
3 Testator intelligitur conseruasse ius legitimarum successionum vt lex interpretatur.
4 Verba indefinita equipollent vniuersali.
5 Relatio debet fieri ad ea ex quibus dispositio non reddatur inanis.
6 Dispositio testatoris interpretari debet ne quid absurdum durum impium aut iniquum contineat etiam si a proprietate verborum recedere oporteret.
7 Substitutio de filio facta per verbum commune matre superstite valet iure fideicommissi.
8 In dispositione testatoris masculinum concipit femininum.
9 Substitutio facta si decesserit sine filijs an admittatur si decedat cum filiabus. nu. 11. ⁊ 12.
10 Clausula in fine posita debet referri ad omnia nisi ita referendo resultaret absurdum.
13 Substitutio facta de vsufructu non extenditur ad proprietatem.

¶ Consilium .xvij.

¶ In cōditione substitutiōis facte de transuersalibus ⁊ cognatis erat dictū ꝙ substituti venirent deficientib⁹ ipsis filijs testatoris [an illa verba .s. ipsis filijs comprehendant etiam filias testatoris.

REdemptoris nostri inuoca

to suffragio. circunspectis verbis testamenti dicti Alexandri ⁊ p̄supposito omnes filios masculos dicti Alexandri post eius mortem decessisse impuberes superstite dicta Elena ipsius testatoris filia et superstitibus dictis domina Laura et domina Barbara dicti testatoris sororibus dubitatur an dicatur euenisse casus in quo substitute fuerunt dicte sorores testatoris in vsufructu prout in testamento continetur ⁊ obmissis superfluis puto concludendum qđ non. primo per † id quod habetur in l. titius. §. j. ff. de lib. et posthu. vbi habetur quod prouisio facta in vno casu a testatore porrigitur ad alium in quo testator similiter prouidisset si de eo cogitasset. et ita illum text. summat Bar. ergo cum testator prouiderit quod sorores testatoris admittantur ad substitutionem in vsufructu omniū bonorū testatoris nullo ipsorū filiorum testatoris superstite sequitur quod posito quod de stricta significatione verborum diceremus testatorem prouidisse solum in casu quo filij masculi sine liberis mortui essent admitterentur dicte sorores ad dictam substitutionem tamen quia si testator cogitasset de superexistētia filiarum mortuis masculis similiter iuris presumptione prouidisset qđ extantib⁹ filiabus non admitterent̄ dicte sorores debet porrigi dicta dispositio ad istum casuz quia iuris † presumptione testator magis diligit descendentes suos quā transuersales: patet in. l. cum auus. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊. l. cum acutissimi. C. de fideicom. ⁊. l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. ⁊ substitu. iunctis ibi notatis per Cy. in tertia. q. ⁊ per glos. ⁊ Ang. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. facit. l. scripto. ff. vnde liberi ⁊. l. fratres et l. fratris. C. de inoffi. testa. putandū est igit̄ mentē testatoris fuisse quod sorores testatoris non admitterentur nisi mortuis filijs omnibus cuiuscunq; generis ipsius testatoris ⁊ sic vbi mortuis masculis extarent filie femine testatoris non admitterentur sorores testatoris ex substitutione sed decedētib⁹ filijs testatoris masculis sine liberis ab intestato succederent ei filie testatoris ab intestato ⁊ hoc modo testator satis videt̄ etiaz prouidisse ipsis filiabus casu quo decederent filij masculi sine liberis cū

filie sint

stionē dominii vt nota.in.l.nam ⁊ si fur.ff.si certum petatur.⁊ in.l.si alie
nam.per Bart.ff.soluto matrimo.⁊ sic patet qđ illud qđ nota.in.l.cum
quid preallegata non facit ad casum nostrum quia ibi agens ex mutuo
erat ille qui pecuniā dederat reo seu dixerat ei tolle istā pecuniā. ¶ Se
3 cundo†respondetur ꝙ illud quod dicitur ꝙ presumitur ex causa mutui
procedit in probatione facta per testes deponentes super petitione fa
cta ex causa mutui expressi in petitione sed vbi in petitione nō exprimi
tur causa non sufficit presumptio talis:q̄ oportet quod pars in petiōe
⁊ scriptura sua deducat ꝙ fuit ex causa mutui.ita dicit Bar. in dicta.l.
cum quid in.iii. colum.ꝑ.l.si adulterium cum incestu.§. idem pollioni.
ff.de adul.et idem dicit Anto.de butr.in.c.si cautio de fide instrumen.
⁊ in.c.ii.de libel.obla.⁊ dominus Abbas in.c. afferte. de presump. sed
in dicta petitione dicti emanuelis nunq̄ dicit̄ ꝙ hoc fuerit ex cā mu-
tui.ergo ⁊c.⁊ tāto magis q̄ oporteret hec fuisse deducta ⁊ allegata co-
ram arbitratoribus:quia oportet arbitramentum iustificari tantum ex
antiquis actis vt per Barto.in.l.si societatem.§.arbitrorū.ff.pro so.et
4 per Ant.in.c.quintauallis de iureiur. ¶ Tertio respondeo qđ glo.†in
dicta.l.cum quid dicit quod in dubio presumitur depositum vel mutuū
et sic nō decidit quod sit precise mutuum imo gloss.in.l.die spōsalioruz.
§.i.ff.depositi.tenet qđ in dubio intelligatur potius depositūz quando
tibi concedo pecuniam.et istud expresse firmat Cy.in.l.incendiuz in fi.
C.si certum petatur.s.quod sit depositū saltē quando nō apparet an fue
rit data pecunia ad numerum vel in sacculo vt in casu nostro.⁊ ita etiaz
tenet ibi Bal.et Saly.et Bald.in dicta.l.cum quid.in lectura antiqua.
et ibi etiam Paul.de castro per rationes ibi traditas per eoz:sed non
sufficit ad dictas vsuras consequendas quod fuerit depositum ergo ⁊c.
¶ Quarto respōdet̄ ꝙ i ꝓposito nr̄o si vitalis habuit pecunias a Chri-
stophoro quas Emanuel dicit qđ ad ipm Emanualē pertinebant pro

liberationē zoielli dicti Christophori pignorati apud dictum emanualem potius dꝫ intelligi ꝙ fuerūt tradite dicto vitali vt negotiorū gestori dicti emanuelis ꝙ̄ ex eo qđ Christophorus dederit ex cā mutui. quia ita colligitur ex precedentibus coniecturis. ⁊ per consequens nō intelligeretur translatum dñium in ipsum negociorum gestorem. id est in vitalem. l. si ego cum glo. prima ⁊ glo. pe. ff. de nego. gest. ⁊ notat Bart. in l. falsus C. de fur. in vlti. colū. in versi. quero circa istam materiam ⁊c. et in. l. falsus. §. j. ff. de furt. ⁊ in. l. si procuratori falso ad fin. ff. de condi. ob causam. facit. l. si is cui. C. de fur. ⁊. l. cassius. ff. de solu. vbi patet ꝙ idem esset si diceremus dictum vitalem fuisse nuncium vel negotiorūꝫ gestorem dicti Christophori vt etiam nota. Bart. in. d. l. si procuratori falso in antepenul. col. dum loquitur de nuncio. ❡ Ultimo respondeo ꝙ decretum permittit posse mutuare sub vsuris. Sed dictus emanuel neqꝫ dicit neqꝫ probat se mutuasse sub vsuris ⁊ dato ꝙ essemꝰ in casu ꝙ presumeretur mutuū. iuxta notata in. d. l. nunquid per glos. ⁊ doct. tamen ibi non dicitur quod presumatur mutuum sub vsuris imo intelligitur de mutuo gratuito. prout est natura mutui. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. peta. ❡ Et posito ꝙ hebrei habeant facultatem mutuādi sub vsuris. ⁊ ita etiam quandoqꝫ mutuent tamen per hoc non est quin contingere possit ꝙ inter seipsos faciant mutuum gratuitum. vnde non sequitur aliquis est consuetus fenerare. ergo talis contractus quem fecit presumitur fecisse sub fenore nisi aliter probetur. ita dicit Bal. ⁊ Saly. in. l. interpositas. C. de transactio. ⁊ Cy. ⁊ Bal. in. l. j. C. de probatio. ⁊ Joā. and. ⁊ alij post eum in. c. ꝙ̄ꝙ̄. §. j. de vsur. in. vj. ⁊ do. Abb. in. c. ex literis. de iureiuran. ⁊ sic patet ex predictis quorū qđlibet per se sufficeret non esse probatum de mutuo taliter ꝙ sufficiat ad exigendas ⁊ extorquendas vsuras que odiosissime sunt ⁊ penales. vnde quando essemus in re dubia que nullo modo dubia est: esset potius cōtra petentes vsuras pronunciandum. iuxta. l. si preses. ⁊ in regula in penis.

❡ Summarium super consilio. xxix.

1 ☞ Testis non probat de etate nisi etiam non interrogatus reddat rationem concludentem.
2 Ratio testis diminuit sine restringit ipsius dictum.
3 Dictio sed: aduersatur precedentibus de sui natura.
4 Testis non assignans aliquam rationem non probat.
5 Testis deponens adijciendo dictionem vel circa non determinat rem precisam. 12.
6 Dicti plus vel vltra prolata teste nihil probat.
7 Dictio forte de sui natura ostendit loquentem loqui dubitatiue.
8 Testis quando est sibijpsi contrarius non debet reduci ad cōcordiam.
9 Testis deponens ex conscientia sua non probat.
10 Dictum matris etiam cum iuramento non sufficit ad plenam probationem etatis filij.
11 Testis testificans quando est adultus non potest testificari de eo quod vidit post infantiam.
13 Statutum prohibens contractum vel alienationem fieri si in tali contractu interueniat iuramentum firmabitur cōtractus.
14 Contrahens contra prohibitionem statuti peccat.
15 In statutis exorbitantibus appellatione alienationis intelligitur solū de contractu translationis dominij.
16 Singula singulis referri debēt.
17 Dictum testis obscurum ⁊ ambiguum non probat.
18 Testis deponens de sua propria presentia intelligit cū intelligētia. 20.
19 Simulatum ad hoc vt quid dicatur necesse est ꝙ partes ab initio conuenerunt de simulando anteꝙ̄ contractus fieret.
21 Unaqueqꝫ coniectura debet probari per duos testes.
22 Contra fideiussorē idemnitatis de iure antiquo nō poterat experiri nisi facta excussione principalis.
23 Ubi exceptio excussionis non opponitur processus nō redditur nullꝰ.
24 Quando exceptio excussionis possit opponi. 25. 26. 28.
27 An renūciatio facta beneficio aut. de fideiussoribus operetur quod fideiussor indemnitatis possit opponere exceptionem.
29 Illa verba renuncians omni legum et iuris beneficio an tollant beneficium de fideiussoribus.
30 Per pactum potest remitti beneficium de fideiussoribus.
31 Casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris cōmunis.
22 Promissio fideiussoris cum iuramento promittentis in duriorem causam non obligat eum vt principalem.

❡ Consilium. xxix.

❡ Qualiter habent deponere testes vt probent etatē ⁊ an cōtra fideiussorem indemnitatis sit opus ꝙ fiat excussio si non opponatur.

Clarissime doctor ⁊ iustissime domine Uicarie in causa executionis instrumenti mota ꝑ coniunctos meos de tassonibus contra Bartholomeū bachellam sentio partem aduersam super nonnullus conari facere fundamentum ad impediendam executionem predictam ⁊ primo super statuto disponente quod maior septuaginta quiqꝫ annis non possit contrahere vel obligari sine certa solennitate cuius etatis dicit Bartholomeus bachelia se fuisse tempore dicti contractꝰ ⁊ instrumēti. ⁊ ita probasse. Secundo dicit contractum illuꝫ fuisse simulatū. ⁊ ita probasse. Tertio dicit ꝙ cum agatur contra promissorem indēnitatis nō potuit actor experiri nisi prius facta excussione contra debitorem principalem. ❡ Quarto ꝙ acta non valent: qꝛ ser Gaspar non potuit substitui a ser Christophoro: quia ser Gaspar illud officium notarij actorum exercuerat sex mensibus proxime precedentibus merito ex forma statuti non poterat illud idem officium in sequentibus sex mensibus exercere ⁊ super istis insistam absqꝫ multiloquio qꝛ coram doctissimo ⁊ exercitato iudicanti res agitur. ❡ Circa 1 † primum fundamentum de etate. lxxv. annorum. respondeo primo ꝙ non est probatum ꝙ tempore dicti contractus celebrati excessisset Bartholomeus dictam etatem: quod ostendo. nam primus testis. scilicet magister Paulus de la canena non deponit se iterfuisse natiuitati dicti Bartholomei sꝫ vult probare ex aspectu quo casu testis non probat nisi etiam non interrogatus reddat rationem concludentem dicti sui per notata per Innoā cen. in. c. cum causam que inter archiepiscopum de testi. ⁊ omnes legistas in. l. iij. C. de testi. ⁊ Barto. in tractatu de teste. videamus ergo quā rationem alleget iste. nam primo dicit ꝙ cognoscit dictum Bartholomeum quem dixit esse etatis annorum octuaginta et vltra: eius testis iudicio de ipsis annis octuaginta sed pro certo est maior annis septuaginta quinqꝫ. ⁊ hoc dixit se scire quia sunt anni sexaginta ꝗbus ipse testis ⁊ dictus Bartholomeus erant consocij ⁊ simul conuersabantur. et tunc temporis erant etatis annorum vigintiquatuor vel circa ⁊ maxime ipe testis sed forte dictus magister Bartholomeus erat minor etate ipsius testis duobus annis vel circa. ⁊ quod ita quilibet intelligens ⁊ expertus in similibus affirmaret dictum Bartholomeū excessisse annū. lxxv. primo dico quod inquātū testis iste deponit quod Bartholomeus est etatis annorum octuaginta suo iudicio nihil probat: quia testis deponens per verbū suo iudicio fidem non facit: vt inquit Ange. in repetitione. l. sciendū. in. ij. col. ff. de verbo. obligatio. per. l. testiū. C. de testibus. facit quod in varijs locis satis vulgatis dicunt doctores de teste deponente per verbum videtur ⁊ presertim est hoc verū in casu isto: quia ratio assignata per testem non concludit de etate annorūꝫ lxxx. ⁊ 2 † ratio dicti testes diminuit ⁊ restringit ipsum dictum: l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. l. si is qui animo in glos. ff. de acquiren. possessio. notat in proposito Bald. in. l. conuenticulam. in antepenul. colū. de episcopis ⁊ cleri. ⁊ in. l. data opera. in. viij. colum. C. qui accusare non pos. ⁊ quod testis iste non habuerit pro constanti ꝙ Bartholomeus esset etatis annorum. lxxx. patet quia dixit ꝙ est etatis annoꝝ lxxx. suo iudicio sed ꝙ pro certo est maior annis. lxxv. eo enim quod dicit ꝙ pro certo est maior. lxxv. annis videtur negare ꝙ pro certo sit maior. lxxx. annis. l. ⁊ si sine. §. sed quod papi. ⁊ ibi not. ff. de minori. l. maritus. C. de procurat. l. cū pretor in princi. ff. de iudi. c. nonne de ꝑsump. 3 hoc expresse ostendit † illa aduersatiua a teste prolata dum dicit. Sed pro certo est maior. lxxv. nam dictio sed: aduersatur precedentibus de sui natura. l. hoc amplius. §. de his ⁊ ibi nota. ff. de dāno infecto. l. sed si lege in princi. cum ibi nota. ff. de peti. heredi. l. ij. in glos. circa prin. ff. ne 4 quis eū q in ius vocatus est vi eximat. ❡ Preterea † ꝙ dictꝰ testis nō probet: patet quia non assignat aliquam rationem inferentē ꝙ dictus Bartholomeus iam sunt sexaginta anni esset etatis annorum viginti duorū aut ex statuta corporis aut alia ratione hoc inferente: vnde non probat vt inquit Bart. in consilio suo incipiente in questione vertente inter dominū Symonez ⁊c. in secūda colūna. vbi dixit ꝙ si testis dicat ꝙ titius tali tempore poterat esse etatis duorū annorū vel circa talis testis nihl probat super etate titij: quia deponit ꝙ poterat esse etatis annorū duorū: sed non dicit se vidisse aliquid propter quod sic debeat iudicari. ⁊ ita etiam tenet Bald. in. l. solaꝫ. in vltima colūna. C. de testi. vbi subdit ꝙ si testis interrogatus super etate alicuius quomodo scit dicat se scire per aspectū corporis nō probat: quia in aspectu quis potest decipi: ⁊ quia est potius iudiciū ꝙ̄ testimoniū. pro hoc adducit quia sententia lata ex aspectu non probat plene: vt. l. minor. xxv. annis ex aspectu. ff. de mino. ita nec testimoniū ex aspectu. preterea ſm Bart. in. l. de etate. ff. de minoribus circa mediū ad hoc vt testis ꝓbet ex aspectu etatē alicuius ab etate. xiiij. annorū in masculo vsqꝫ ad etatēm. xxv. annorū requiritur ꝙ testis deponat ꝙ ex aspectu videbatur esse annorum quinqꝫ plus ꝙ̄ sit illa etas que est probanda vnde cū dictus testis deponat ꝙ iam sunt. lx. anni ꝙ dictus Bartholomeus erat etatis annorum vigintiduorū vel circa ⁊ sic solū probat quod iam sunt sexaginta anni ꝙ dictus Bartholomeus erat etatis annorū decē ⁊ septē et dū testis dixit ꝙ iam sunt anni. lx. quod Bartholomeus erat etatis vigintiduorū annorū intelligitur ꝙ iam sunt anni sexaginta. s. non completi sed inchoati. nam cū dictum testis debeat interpretari contra ꝓducentem. c. in ꝑsentia de probatio. no. docto. in. l. inter stipulantem. §. j. cum simili. ff. de verborum obligatione. ⁊ illa verba iam sunt anni. lx. possint intelligi dupliciter. s. lx. anni ꝑfecti. ⁊. lx. anni inchoati vt notat Barto. in. l. qui ante Calendas in princip. ff. de verborum obligatione. facit. l. si ita fuerit in princi. ff. de manu. testa. ⁊ quod nota. Barto. in. l. si cui legetur in princi. ff. de lega. primo. ⁊ sic verba dicti testis solum concludenter important de quinquagintanouem annis ⁊ vno die inchoati sexagesimi anni. ❡ Item ad hoc vt dictus testis deponendo ex aspectu de vigintiduobus annis seu de etate vigintiduorū annorū Bartholomei iam sunt. lx. anni probaret ex aspectu ipsum Bartholomeum tūc compleuisse etatem decem ⁊ septem annorum iuxta doctrinam Bartol. in

dict. l.

dicta.l.de etate oportebat quod deposuisset q tunc scz iam sunt.lx.an-
ni Bartholomeus erat maior vigintiduobus annis.ita dicit Bart. in
effectu in dicta.l.de etate circa mediū ibi dū dicit si volo pbare q erat
maior sex mensibus testis dicit vera esse.interrogatus in causa scientie
respondet q eo tempore videbatur maior decē mensibus rc. iunctis se
quentibus verbis suis dū loquitur de etate.xxv.annorum. Sed dictus
testis non deponit q Bartholomeus iam sunt.lx. anni esset maior vi-
gintiduobus annis:sed dicit q forte erat annorum vigintiduorum vel
circa seu equipollentia verba τ sic posito q iste testis aliquid probaret
tamen attento quod non deponit quod illi.lx.anni sint completi tem-
pore quo testificatur τ potest intelligi q essent tantum inchoati et q
non deponit quod Bartholomeus esset maior vigintiduobus annis
sed quod forte erat vigintiduorum annorum vel circa que verba po-
sito quod aliquid probent solum probant q tunc erat etatis.xvij. an-
5 norū secūdum doctrinam Barto.in.l.de etate.† Item quia testis adie-
cit dictionem vel circa apparet quod non habuit pro constanti quod
illud tempus vigintiduorū annorum esset completum τ sic non probat
de vigintiduobus annis completis:sed īchoatis. vt no. expresse Guil.
de cuneo.in.l.τ si post tres in princip.ff.si quis cautio. τ Anto. de but.
in.c.litere de dilatio.in vltima colum.q2 illa dictio circa denotat dimi-
nutionem τ non videtur de certo tempore affirmari sicut dicimus in
dictione fere.allegant nota.per gloss. in .l.j. in gloss.j.ff. quibus ex cau.
in pos.ea. Quinimo dico q in teste adijciente dictionem circa redditur
probatio tēporis omnino incerta τ dubia adeo quod non potest dici
quod probet de aliquo certo τ limitato tempore vt probat tex. not.i.c.
6 fi.de desponsa.impube. per quem ibi Anto.de bu.in fine proprie in te-
ste in terminis istis firmat hoc scz q testis nihil pbet.bene facit† quod
nota.Barto.in.l.celsus.in vltima colum.ff.de vsuris. vbi dixi q dictio
plus vel vltra prolata a teste nihil probat.licet als cōsueuerit compre-
hendere modicum.l.hec adiectio.de verb.significatio. sed plus dico q
posito q probaret de vigintiduobus annis inchoatis.τ sic de.xvij. an-
nis inchoatis fm doctrinam Barto.in.l.de etate sequitur q probaret
de.xvj.annis completis τ vno die que tempora simul collecta conclu-
dūt q tempore quo iste testis examinatus fuit Bartholomeus bachel
la erat etatis.lxxv.annorum τ duorum dierum sed contractus de quo
agitur fuerat celebratus per decem mēses antequā iste testis examinare-
tur.ergo manifeste apparet q tempore contractus dictus Bartholo-
7 meus non erat maior.lxxv.annis. Contra dictum† testem etiam fa-
cit:quia deponit per dictionē forte que de sui natura ostendit loquen-
tem loqui dubitatiue vt.c.ex parte.de celebra.missarum.c. accedens.el
primo vt lit.non ↄtesta.τ ita hic debet accipi cum semper verba testis
debeant interpretari contra producentem:vt dixi supra imo si bene cō
siderentur verba istius testis est sibimet contrarius : quia primo dicit
q iam sunt.lx.anni q ipse testis τ dictus Bartholomeus bachella erāt
etatis.xxiiij.annorum vel circa.τ postea dicit q forte Bartholomeus
8 erat minor etate ipsius testis duobus annis vel circa τ testis† quando
est sibimet contrarius non debet reduci ad cōcordiam vt probet.l. eos.
τ ibi Bartol.in fi.ff.de falsis.τ.l.qui falsa.ff.de testi. τ est de mēte gloss.
in.c.in nostra.de testi.quam ibi ad hoc ponderat Ant.de but.ita etiam
tenet Anto.de butrio.τ Abbas in.c.cum tu de testi.τ Joā.de imola in
l.inter stipulantem.§.j.de verborum obligatio.vbi dicit hoc esse veruz
etiam si contrarietas non sit manifesta:quia testi varianti non creditur
quarta questio.tertia versiculo item qui. Ex quibus apparet istum te-
stem nullam probationem facere τ posito q aliquid probaret non pro
bat q tēpore contractus Bartholomeus esset maior.lxxv.annis.vt pa
tet ex predictis. Capio dictum alterius testis scilicet magistri bona
gratie τ iste sine dubio nihil penitus probat : quia dicit q sunt.l. anni
9 τ vltra q ipse testis cognouit dictum Bartholomeum et quod est† se-
cūdum eius cōsciētiam maior etate ipsius testis decem annis τ vltra τ
quod ipse testis natus est:vt a patre suo intellexit de anno quo dicitur
fuisse cōgregationē blāchorū que fuit vt intellexit de anno. Mccccxcix.
vel circa.τ quod per suprascripta dictus Bartholomeus est etatis an-
norum.lxxvj.τ vltra:certe iste testis non probat aliquid: quia deponit
tanquā index.scilicet ex cōscientia sua nō tanquam testis adeo quod mo
ueatur ex aliqua ratione hoc inferente quam perceperit sensu corporis
vt requiritur:prout notat Barto.in consilio supra allegato.τ Bald. in
dicta.l.solam.in vltima colum. quinimo etiam dato q se fundaret ex
aspectu oporteret q in tāta etate probaret de aspectu excedēte per.xv.
annos etatem.lxxv. annorum fm doctrinam Bart.in dicta.l. de etate.
τ sic dum deponit q quilibet practicus arbitraretur ex aspectu euz esse
maiorem.lxxv.annis nihil probat:quia oportebat q referret se ad tem
pus celebrati contractus.item oportebat q probaret ex aspectu de ex-
cessu per.xv.annos.vt dixi.deponit etiam de auditu alterius scz q au
diuit a patre suo.ergo non probat.c.tam literis. de testibus. et dicta.l.
testium.sentio etiam q iste testis fuit examinatus per eos quibus nō-
dum erat data cōmissio examinandi. Capio aliuin testez scilicet ser
Joannem de zucholis τ iste etiam non probat aliquid. nam dicit q
Bartholomeus predictus est homo multum senex τ maioris etatis ꝙ̄
sit ipse testis qui est etatis annorum octuagintaduorum cōplendoruz
in festo sancti Jacobi.in causa sciētie.respondet quia audiuit a matre
sua dum ipsa viueret q ipse testis erat annorum.lxj.τ quod mater sua
decessit iam sunt.xviij.iudicio suo τ qō dum ipse testis erat puer mu
tum cōuersabaт cū dicto Bartholomeo qui erat sibi socius τ vicinu
τ cognoscebat ipsum Bartholomeuz esse maioris stature τ ex aspect
ꝙ̄ ipse testis τ qō vincebat eum ad brachia τ ad pugillos. Et qō glibe
diligens existimaret dictuz Bartholomeum excessisse annum.lxxvj.τ
vltra. Fundamentum igitur istius testis.primo est in dicto matris sue
ex quo dicto matris presupponit qō ipse testis quādo fuit examinat9
erat etatis annorum.lxxxij.complendorum in festo sancti Jacobi τ sic
fundat dictum suum ex auditu et relatione alterius:ergo non probat
10 vt dixi.nam dictū† matris sue etiā si cum iuramento testificata fuisset
non sufficeret pro plena probatione ad probandam etatem filij. licet
presumptionem vel indicium faceret vt inquit Innocenti.in.c.cum di
lectus in glo.in verbo responsione de accusa.τ Bal.in.l.si minorem.C.
de in integrum restitu.minorum.bene facit.l.etiam matris cum glos.ff.
de probatio.τ.l.vbi numerus.ff.de testi.τ.c.in omni de testi. multomi-
nus probat in casu nostro in quo dictum matris fuit extraiudiciale et
absq3 iuramento.vnde destructo fundamento dicto isti9 testis destrui
tur omne id quod inferebat ipse testis ex illo fundamento.l. non dubi
um.C.de legi.l.oratio.ff.de sponsa.nam ideo testis dicit Bartholome-
um excedere etatem.lxxvj.annorum.q2 videbatur sibi maioris stature
ex aspectu ꝙ̄ ipse testis.ergo si ipse testis est etatis annorum octuagin
taduoruz ex relatu matris sue multomagis debet esse Bartholome9.
Preterea rationes reddite per illum testem non cōcludunt quia dicit
qō Bartholomeus erat maioris stature τ vincebat eū ad brachia. naz
ista nō arguunt q Bartholomeus esset maioris etatis vt ostēdit expe
rientia que est efficax rerum magistra.c. quam sit de electioni.in.vj.vt
etiam ipse testis super interrogatorijs fatetur. Item non probat testis
iste de excessu etatis fm doctrinam Bar.in preallegata.l.de etate. Non
probat etiam alia ratione iste testis q2 est sibimet contrarius.l.qui fal-
sa.ff.de testi.prout dixi supra circa primum testem. Quod autez sit sibi
contrarius:patet quia dicit q ipse est etatis annorum.lxxxij. complen
dorum in festo sancti Jacobi τ se scire: quia a matre sua audiuit quod
ipse testis erat etatis annorum.lxvj.τ qō modo sunt anni.xviij. q ma-
ter sua decessit.nā si ita est nedum q in festo sancti Jacobi sit comple-
turus annum octuagesimumsecundum. imo tempore sui testificatus
fuisset etatis annorum octuagintaquatuor q2.lxvj. decem τ octo con-
stituunt numerum.lxxxiiij.patet etiam alia varietas in hoc teste qui in
principio dicti sui ostēdit se scire etatem suam precise τ postea in inter-
rogatorijs ostendit se nescire dum dicit q tempore penultimi iubilei
decursi erat maior etatis annorū.xj.sed quantum plus dixit se nescire.
Alius testis est Bartholomeus quondam Albertini nihil etiā pro
bat.nam deponit q Bartholameus bachella excessit iudicio suo etatē
lxxxvj.annorū quia sunt anni.lxxiiij.quibus euz cognouit τ quod Bar
tholomeus bachella tūc erat etatis annorum quatuor τ ipse testis erat
annorum.vj.τ quod ludebant ad pugnos.tunc τ postea i simul et quod
quilibet expertus iudicaret Bartholomeum bachellam excedere an-
num.lxxvj. Certe testis iste non probat:quia posito q esset verum q co
gnouisset eum iam sunt anni.lxxiiij.quo tēpore dicit q Bartholomeus
11 bachella erat annorum quatuor τ ipse testis erat annorum sex.nam† te
stis ꝙ̄uis tempore quo testificatur sit adultus vel maior tamen non po
test testificari de eo quod vidit in infantia posito q posset testificari de
eo quod vidisset post infantiam:puta quādo erat proximus puberta-
ti.ita decidit Bart.in.l.iij.§.lege iulia.ff.de testi. quia illa etas infanti
lis nihil intelligit.l.excipiuntur.§.fin.ff.ad sille.et ita limitat τ declarat
glo.in.d.§.lege iulia.cuz concordantijs.ita etiam vult glo. τ Archidia.
xxxvij.dist.in.c.relatum.τ Joā.and.i.c.ex parte.el primo.de corpore vi
tiatis.τ Dy.in.d.l.excipiantur τ Joan.fabri in.§.testes.instit. de testa.
Sed dictus testis erat in etate infantili scz sex annorum.ergo nō pōt d
eo testificari. Quatenus autē dictus testis depōit q quilibet expertus
iudicaret illum excedere annum.lxxvj.non probat quia non probat de
excessu fm doctrinam Barto.in.l.de etate. Item no.per Barto.in di-
cta.l.solam.τ per Barto.in dicto consilio. Satis etiam apparet dictuz
testem esse talem cui merito non sit integra fides adhibenda:quia dicit
se nescire millesimum ad presens currens nec in preteritum τ quod ne
scit etatem suam nec de ea recordabatur nisi q quidā nepos suus sibi
ad memoriā reduxit facit.l.iij.§.j.ff.de testib9. Ultimus testis est bo
ninus borgōzonus et iste non probat.primo quia dicit q dum ipse te-
stis esset etatis annorum.xv.vsq3 in.xvj.conuersabatur cū dicto bachel
la et cum ipso ludebat ad plastellas et quod dictus bachella erat tunc
12 illius etatis cuius erat ipse testis vel circa pōdero dictionem† vel circa
per quam adeo redditur ambiguum dictum testis quod non probat de
aliquo certo tempore.c.fin.de desponsa.impube.τ ibi Anto.de butrio
in fin.item dicit q credere suo dictus bachella est eius etatis cuius ipse
testis est qui est etatis annorum octuaginta vel circa.pōderanda est di
ctio vel circa vt dixi.item ponderandum est loquitur per verbum cre-
dere quo casu non probat vt nota.in.l.testium.C.de testib.τ plene in.c.
quoτ.de testi.τ in.c.literis.de presump.item non assignat rationem ali
quam inferentem quod ille bachella sit eiusdez etatis cuius est ipse te-
stis:ergo non probat vt per Barto.in dicto consilio τ Bald.in dicta.l.
solam. Item non probat de excessu necessario fz doctrinam Bar.in di
cta.l.de etate.itez fundat dictum suum ex eo quod asserit se testem esse

etatis annorum.lxxx.vel circa:quia ita audiuit a patre ꝛ patruo suo.ꝛ
sic se fundat in auditu ꝛ relatu alterius.ꝛ sic non pbat vt supra pluries
dixi.itē nihil habet in bonis.ergo non est integer testis.l.iij.in prin.ff.
de testi.ꝛ no.in auē.de heredi.ꝛ fal.§.fin vero absunt. arbitretur etiam
iudex quātū sit credēdum in re tāti temporis vni testi qui nescit nume
rare vsq ad centum ꝛ qui nescit quale sit millesimum currens vt ipse
super interrogatorijs fatetur.Alij nō sunt testes qui super etate depo
nant ꝛ sic patet quod nō est probatū de etate per duos testes. imo nec
per vnum ꝛ ꝙꝙ fuisset probata per vnum hoc nō sufficeret vt in dicto
capitulo in omni.cum vulgaribus.¶ Plus dico ꝙ etiam posito quod
esset probata etas que tamen in veritate non est probata.tamen atten
to quod in dicto contractu dictus Bartholomeus iurauit nō contra
uenire non potest venire contra dictum contractum iuratum saltem
13 nō obtenta prius absolutione a iuramēto. hoc† probo per notata per
Bar.ꝛ Ange.Bart.in.l.si quis pro eo.ff. de fideius. in quinto membro
iunctis notatis per eum ibi in tertio et in quarto membro vbi voluit
quod si statutum prohibet cōtractum vel alienationez fieri ꝛ sic loqui
tur in rem non in personam quia non dicit nullus contrahat cuz mu
liere vel cum minore ꝛc.ꝛ tunc si in tali contractu interueniat iuramen
tum firmabitur cōtractus iuramento per.c.cum cōtingat de iureiurā.
ꝛ.c.licet eo.titu lib.vj.secūdum Bart.in dicto tertio membro.si autem
verba statuti fauore debitoris prohibent personam creditoris contra
hentis recipere cōtractum vel obligationem nō autez odio creditoris
sed solum fauore debitoris vt quia dicat nullus audeat cōtrahere cum
minore vel muliere sine cōsensu consanguineorum minoris.vel mulie
ris ꝛ isto casu dicit Barto.in dicto quinto membro quod iuramentum
talis mulieris vel minoris non potest confirmare cōtractum ꝙtum ad
cōmodum creditoris quia ipse est prohibitus recipere etiam a volen
te vnde hoc casu dicit ꝙ erit idem quod est quando cōtractus prohibe
tur odio creditoris quo casu cōtractus nō firmatur iuramento tamen
iurans tenetur ad obseruantiam cōtractus iurati ꝛ nōn potest contra
uenire nisi esset absolutus a iuramento.c.significante de pigno. ꝛ not.
Bar.in dicto quarto membro sed si statutum dirigeret prohibitionem
ad debitorem vt quia diceret nulla mulier possit obligari vel alienare
sine tali solēnitate tunc etiā si iuraret non seruata tali solēnitate nō ob
14 ligaret iuramentum quia† peccat mulier contrahens contra prohibi
tionem statuti.c.ij.de maio.ꝛ obe.merito iuramentum propter pecca
tum non est seruandum.c.si vero de iureiuran.c.quamuis de pac.in.vj.
ꝛ quod nota.in dicto.c.licet.sed ita est quod dictum statutum loquitur
in rem quia nō dirigit prohibitionem ad personas sed ad ipsum con
tractum quia dicit quod nullus contractus alienatiōis fieri possit cum
maiore septuaginta quinq annis sine decreto ꝛ quicquid contra factū
fuerit sit ipso iure nullum.ꝛ subdit quod predicta etiam vendicent sibi
locum in contractibus ꝛ obligationibus vel quasi ergo cum tale statu
tum loquatur in rem ꝛ non dirigat prohibitionem ad personam ipsius
qui excessit etatem.lxxv.annorum firmatur contractus iuramēto.quin
imo etiam si dixisset statutū nullus possit contrahere cum eo qui est eta
tis.lxxv.annorum non posset adhuc talis se obligans venire cōtra suū
contractum iuratum saltem non obtenta absolutiōe et ita etiam tenet
Angel.in dicta.l.si quis pro eo et Petrus de anchara.in dicto.c.cum
contingat.¶ Quinimo Anto.de butrio ī dicto.c.cum contingat ꝛ plu
res alij tenent quod etiam quando statutum dirigeret prohibitionem
in personam mulieris contrahentis ꝛ se obligātis sine presentia cōsan
guineorum tamen iuramentum obliget et ita etiam tenet Joan.and.ī
additio.Specu.in titu.de senten.prolat.§.vt autem versicu.hoc autez
et ita se habet communis opinio.vt late refert Joan.de imo.ī repetitio
ne dicti.c.cum contingat in tertio quarto et quinto membro vbi fina
liter ipse tenet quod contractus firmetur iuramento si statutum nedū
loquatur in rem sed etiam si prohiberet personaz cōtrahere vt ipse ibi
dicit in dicto tertio membro maxime in versicul.nunc pro declaratione
materie ꝛc.¶ Alia ratione etiam ostendo dictum statutuz sub rubrica
nō faciendo precepta vel cōtrahendo cum aliquo filiofa.ꝛc.nō habere
locum in casu isto quia illud statutum licet inquantum loquitur de pro
digo furioso mente capto filiofamilias ꝛ adulto disponat de omni con
tractu vel quasi qui cuz talibus fieret tamen dum loquitur de eo qui ex
cessit etatem.lxxv.annorum solum loquitur de contractu alienationis
ꝛ non de alijs contractibus:constat autem quod dicta promissio indē
15 nitatis non dicitur proprie alienatio.nam in statutis† exorbitantibus
a iure communi vt est statutum predictum appellatione alienationis si
persona prohibetur facere contractum solum intelligitur ꝓhibitus cō
tractus translationis dominij.l.alienatum.ff.de verborum significatio
ne ꝛ est glo.notabilis quam ad hoc ibi ponderat Angel.in.l.benignus
ff.de legibus ꝛ Paulus de cast.in.l.in ambigua eodem titul.ꝛ no.doct.
in.l.fina.C.de rebus alie.non alienan.nam in illa.l.fin.verbum ali ena
tio capitur impropriꝫ pro concessione vsusfructus et pignoris obliga
tione ꝛc.vt per glossaꝫ et docto.in dicta.l.benignus:bene faciūt notata
per Barto.in.l.in quorum.ff.de pigno.¶ Nec obstat quod in dicto sta
tuto subiungitur versiculus huiusmodi videlicet.Que omnia in presen
ti statuto comprehēsa vendicent sibi locum in cōtractibus ꝛ obligatio
nibus vel quasi etiā celebratis extra iurisdictionem potestatis mutine
inter aliquos ciues vel districtuales mutine inquātum cōcernerent piu
dicium alicuius ciuis vel districtualis ꝛc.quia respōdeo quod ille ver
siculus habet relationē ad cōtenta supra: que quidem voluīt statutum
extendi etiam ad ea que fierent extra iurisdictionem potestatis muti
16 ne.tamen singula debent† singulis referri prout ad superiora possunt
adaptari ꝛ referri.c.fi.in fi.ꝛ ibi notat Anto.de butrio.in vltimo nota
bili de statu mo.bene facit.l.j.§.lex falcidia cum ibi nota. per Barto.ff.
ad legem falci.ꝛ sic quatenus supra in minore prodigo ꝛ furioso fuerat
generaliter locutus de omni obligatiōe seu cōtractu vel quasi ita etiaz
intelligitur ista extēsio:quatenus vero in maiore.lxxv.annis fuerat lo
cutus de cōtractu alienationis ita etiam itelligetur ista extēsio.s.ꝙ ha
17 beat locū etiā in alienatiōe que fieret extra iurisdictionē.¶† Nunc de
scēdo ad secundum principale dubiū videlicet an obstet exceptio simu
lationis et super hoc paucis agendum est quia clarum est quod testes
non probant simulationem allegatam.nam super hoc inducti sunt te
stes quatuor primus est dominus Camillus qui dicit ꝙ audiuit Ale
xandrum de tassonibus vel Ludouicum de tassonibus sed nō bene re
cordatur quis eorum fuerit qui dixerit ꝙ dictum instrumentum pro
missionis indemnitatis facte per Bartholomeum bachellam non fuit
celebratum vt dictus bachella aliquod dānum pateretur sed ad alium
bonum finē dicendo eidem Bartholomeo:noi non volemo chē voi ne
habiati damno niuno di questo instrumento.Certe iste testis non pro
bat quia non recordatur quis eorū dixerit ꝛ sic tanꝙ dictum ambiguū
ꝛ obscurum nō releuat.c.in presentia de probatio.l.pompo.scribit si iu
ramentum.§.fina.ff.de rei vendi.l.duo sunt titij.ff.de testa.tu. ¶ Pre
terea dictum istius testis etiam tollitur quia iste testis deponit quod
hec verba fuerūt post cōfectionem dicti testamēti in sala patibuli et ta
men ipse magister Bartholomeꝰ bachella respōdendo positionibus
agētiuz fatetur ꝙ post confectionem dicti instrumēti neqꝫ dictus Ale
xander neqꝫ dictus Ludouicus vnꝙ alloquuti sunt dictuz Bartholo
meum in sala patibuli ꝛ nulla maior est probatio ꝙ confessio partis.l.
fina.C.de fideicommis.l.cum te.C.de transac.Item magister Joannes
Amechini testis productus pro parte dictorū de tassonibus etiam ex
presse deponit quod tēpore confectionis dicti instrumenti ꝛ pauloan
te paulopost nō fuit facta aliqua conuentio inter dictuz Alexandrum
aut Ludouicum ex parte vna ꝛ dictum Bartholomeū ex parte altera
aliter ꝙ cōtinetur in instrumento indemnitatis ꝛ ꝙ non potuisset fieri
quin ipse audiuisset:idem deponit Joānes de binaldis ꝛ licet iste Jo
annes dicat ꝙ credit ꝙ audiuisset dictam promissionē si facta fuisset et
sic loquitur per verbum credit tamen dico quod probat quia assignat
18 rationem dicens quia ibi stetit presens ꝛ vidit ꝛ audiuit ꝛ testis† depo
nens de sua propria presentia itelligitur cum itelligentia licet aliud sit
quādo deponit de presentia alterius.l.testium.C.de testi.ꝛ no. Barto.
in.l.j.§.fi.ff.de auto.tuto.ꝛ.j.dicā vnde quādo testis deponēs per ver
bum credit si reddit causam inferentem scientiam tunc probat vt not.
Cy.in.l.testium preallegata ꝛ Joan.and.in additio.Specu.in titu. de
19 teste.§.j.super ver.itez quod deposuit de credulitate.¶† Preterea ad
hoc vt quid dicatur simulatum necesse est ꝙ partes ab initio conuene
rint de simulādo anteꝙ cōtractus fieret ꝛ nō sufficit si ex postfacto hoc
agatur.l.iiij.§.si ignoto.ff.de manumis.ꝛ nota. Bal.in.l.vnica.C. si ser
uus extero in vltima colūna in.x.q.vbi hoc dixit esse menti tenendum
sed dictus testis nō dicit ꝙ hoc fuerit actum ante sed post contractum
ergo ꝛc.¶ Secundus testis est dominus Azo.ꝛ iste indubitāter etiaz
nihil probat cōtra Alexandrum ꝛ Ludouicū quia solū dicit ꝙ Geor
gius ꝛ Daniel de tassonibus scribāt dictam promissionem fieri ad ha
bilitādum ipsum Georgium ad testificandum in certa causa : quinimo
iste testis dicit vnum ex quo arguitur ꝙ Alexander de tassonibus non
intendebat facere contractum simulatum et consequenter inefficacem
quia dicit ꝙ Alexander tempore confectionis dicti instrumēti voluit
scrutari an ille Bartholomeus bachella excessisset annum.lxxv. vt in
telligeret quomodo ille cōtractus valide fieri posset propter dictuz sta
tutum.ad quid enim expediebat hoc querere si intētio partium fuisset
quod contractus esset inefficax.¶ Tertius testis est Jeremias.iste ni
hil probat quia nō dicit ꝙ Alexāder vel Ludouicus vnꝙ alicui simu
lationi interuenerint sed solum dicit ꝙ ipse dominus Joānes spinal
dus dicebat ꝙ dictum instrumētū fiebat vt Georgius ꝛ Daniel essent
habiles ad testificandum ꝛ ꝙ hec fuerunt in presentia Alexādri ꝛ Lu
douici ꝛ Georgij ꝛ Danielis de tassonibus ꝛ dicit ꝙ dicti de tassoni
bus nihil dixerunt constat autem ꝙ presens ꝛ tacens non presumitur
consentire in his que sibi preiudicialia sunt circa obligationem perso
nalem.l.filiussa.§.inuitus.ff.de procura. ꝛ plene not. in.l. que dotis.ff.
20 solu.matrimo.preterea quādo testis† dicit aliquem fuisse ꝑsentem nō
per hoc probat quod ille fuerit presens ꝛ intelligens.l.j.in fi. et ibi hoc
no.Bar.ff.de auto.tuto.ꝛ Barto.in tractatu de teste ꝛ Bald. et Saly.
in.l.testium.C.de testi.ꝛ Bald.in.l.j.in fi.C. de bonorum posses. secūdū
tabu.ꝛ in.l.heredes palam in princip.ff.de testa. ꝛ sic non potest dici ꝙ
iste testis probet de expresso vel tacito cōsensu dictoruz de tassonibus.
¶ Quartus testis est dominꝰ Joānes de spinaldis qui nihil dicit de
cōsensu aliquo Alexādri ꝛ Ludouici de tassonibus sed solum de indi
ce maleficiorum imo dicit vnum ex quo arguitur ꝙ Alexander inten
debat instrumētum habere effectum quia volebat ꝙ bachella iuraret
se nō excessisse etatem.lxxv.annorum vt dixit testis precedēs ꝛ ita cre
dit dictus

dit dictus dominus Joānes bachellā iurasse prout etiam expresse de
iuramento bachelle.s.ꝙ excesserit etatem.lxxv.annorum deponit Joā
nes de liualdis testis dictorum de tassonibus qui dicit ꝙ iurauit ad in
stantiam dicti Alexandri.⁊ per predicta patet ꝙ nihil est probatuz de
simulatione ⁊ posito ꝙ simulatio posset probari per cōiecturas vt not.
doc.in.l.iij.C.plus valere quod agitur tamē nulla in hac coniectura est
21 probata.quinimo† vnaqueqꝫ coniectura debet probari per duos te-
stes vt nota.glo.Bar.⁊ omnes in.l.fi.C.fami.ercis.⁊ glo.in auē.de testa.
imperfec.post prin.quam ibi ad hoc ponderat Angel.⁊ not. Innoc.in
c.sicut el primo de simo.⁊ Angel.in.l.fi.in princip.ff.quod metus causa
quando testis vnus clare ⁊ cōcludenter nō deponit de ipso facto prin-
cipali vt in casu nostro quia nullus testis est qui clare et concludenter
deponat audiuisse quod Alexander ⁊ Ludouicus de tassonibus con-
uenerint cum dicto Bartholomeo ꝙ promissio indemnitatis facien-
da non valeret.preterea vna coniectura ⁊ presumptio tollit aliam.l.di-
uus.ff.de in integrum resti.l.cum de indebito in prin.ff.de presumpti.
sed coniectura est contra simulationem quia Alexander voluit instru-
mentum fieri bene efficax ⁊ irreuocabile dnm volnit ꝙ bachella iura-
ret se esse maiorem annis.lxxv.vt deponūt tres testes de quib⁹ dixi.s.
ergo ⁊c.multo magis ergo constat exceptionem simulationis i casu no
stro non releuare quia nedum per plures cōiecturas minime est proba
ta simulatio vt requirunt doctores:sed nec vna sola est sufficienter pro
22 bata.Et per hec satisfactum est secunde dubitationi.¶ Tertiū† prin-
cipale dubiū est an obstet dictis de tassonib⁹ ꝙ nō fecerint excussionez
contra principalem.nam videtur ꝙ sic quia etiam iure antiquo contra
talem fideiussorem non poterat experiri nisi prius facta excussione in
bonis principalis quasi verba obligationis id sonent.s.quod videtur
promittere illud quod a principali seruari non poterit.l.j.C.de conue-
niendis fisci debit.lib.x.l.ij.C.de senten.que sine cer.quanti.l.j.C.de de
curio.lib.x.cum gl.l.curatores.§.fi.⁊ ibi Barto.ff.de admini.rerum ad
ciuitatem perti.nota.Bart.in.l.quero.ff.loca.⁊ ideo dicimus ꝙ etiam
dato ꝙ talis promissor indemnitatis renunciasset beneficio de fideius
soribus non per hoc releuaretur actor ab excussione facienda cōtra prin-
cipalem quasi dictam necessitatem excussionis magis deducat natura
obligationis ꝙ̄ beneficium concessum fideiussoribus ſm Barto.in.d.l.
prima.C.de conueniendis fisci debi.lib.x.⁊ Bal.in.l.j.C.de reuocādis
his que in frau.credi.⁊ Angel.in.l.fi.ff.si certum peta.et Salyce.in.l.j.
C.quod cum eo ⁊ in.l.ij.C.si mater indemnitatem promiserit et Fulg.
32 in dicta.l.quero.tamen hoc† non obstante contrarium in proposito
nostro verius est quia posito ꝙ ad excussionem illam tenerentur dicti
de tassonibus tamen ex quo non fuit opposita non reddit processum
nullum ita firmat Barto.in.l.fina.in fine principij.ff.si certuz peta.vbi
dicit ꝙ in terminis illius.l.fi.s.quando titius erat debitor meus in.x.
⁊ stipulatus sum a seio quanto minus cōsequi potero a titio et postea
non facta excussione cōtra titium agā contra seiū ⁊ nihil noui oppona
tur exceptio excussionis procedit iudicium per.l.j.cum ibi no.C.de ap-
pella.⁊ ita etiam transit Paulus de cast.in dicta.l.fina.⁊ in.l.decem.ff.
de verborum obligatio.bene facit.l.ij.cum ibi no.C.communi diuidun.
24 ⁊.l.si mancipium.§.j.cum ibi nota.ff.de euictio.¶ Hanc† opinionem
etiam in terminis nostris firmat Bal.in dicta.l.j.in.iij.colum.C.de con
ueniendis fisci debi.lib.x.vbi querit an in terminis illius.l.⁊.l.prime
C.de decu.li.x.que iura in effectu loquuntur in fideiussore obligatio de
indemnitate debeat opponi exceptio excussionis ante litem cōtestatā
⁊ ponit duas opinio.prima est ꝙ possit opponi post litem contestatam
quia talis exceptio excussionis in casu isto venit a conuentione tacita
quasi tacite fideiussor indēnitatis videatur promittere illud quod cre-
ditor nō poterit exigere a principali ⁊ sic actor videtur obligatus ante
exigere seu excutere principalē que obligatio actoris circa hoc non vi-
detur quod pereat per litis cōtestationez:nihil tamen allegat.Subiun
git secundā ⁊ vltimā opinionem ꝙ non possit opponi post litem conte
statam quia talis tacita conuentio ꝙ debeat primo fieri excussio ordi-
natur nō ad impediendā natiuitatem actionis sed exercitiū actionis.
⁊ ideo cum cepit exerceri si non opponatur exceptio videtur renuncia
tum illi tacite conuētioni sicut dicimus in qualibet dilatoria iudicij.C.
de proba.l.exceptionē cū ibi no.⁊ in qualibet alia exceptione ordinis.
25 l.si maritus.§.pe.ff.de adulte.⁊ hāc† opinionem ponit Bald.pro vlti-
ma et sic in ea residere videtur iuxta no.per glo.in.l.qui filium.§.sabi-
nus.ff.ad trebel.⁊.l.bona fides et ibi Barto.ff.deposi.Si ergo Bald.
vult ꝙ si talis exceptio nō est opposita ante litem contestatā non possit
vlterius opponi tanꝙ̄ dilatoria ⁊ no.Cy.in auten.presente.C.de fide-
ius.⁊ Bald.in dicta.l.exceptionem quanto magis in casu nostro debet
valere processus cum nullo tempore fuerit opposita.¶ Et hāc opinio
nem esse verissimam probatur ex his que ipse Bald.ponit in dicta.l.j.
C.de conuenien.fisci debi.lib.x.vbi querit an iste fideiussor indemnita-
tis sit statim obligatus an vero tunc demum nascatur obligatio quan-
do principalis efficietur non soluendo ⁊ concludit ꝙ statim est obliga
tus:sed suspenditur exactio quia non intercedit per modum condi-
tionis idest debitor non sit soluendo sed per modum cause vnde obli-
gationez nō suspēdit.ob hāc enim causam fideiussor se obligat vt reus
deficiens nō periclitet creditorem non autem se obligat cōferendo sub
stantiam obligationis in illū euētum.scilicet si a debitore principali re
diret exigere non poterit hoc etiam probat ipse.quia talis fideiussor
indēnitatis statim pignus pro se dare pōt.l.curatores.§.fi.ff.de admi-
nistra.rerum ad ciuitatem pertinentium ⁊ alias sequeretur quod ista
obligatio particulariter cōmitteretur ⁊ pluries.s.quatenus et quoties
desineret principalis esse soluēdo si ergo est nata obligatio:ergo si non
26 opponitur exceptio ꝓcedit iudiciū sicut dicimus in obligato† ad diem
quando ante diem est nata obligatio si nō opponatur exceptio proce-
dit iudicium inchoatū etiam ante diem dicta.l.exceptionē ⁊ per Bart.
in.l.ita stipulatus in secunda questione princ.ff.de verborum obliga.
cū si.pro hac opi.etiam ꝙ procedat iudicium cōtra fideiussorem indem
nitatis si nō opponatur exceptio excussionis est tex.in.l.cū eoruz.C.de
sentē.⁊ illum intelligit ibi Bal.in versicu.oppono ꝙ fideiussor non po-
tuerit cōueniri nō excusso reo ⁊c.⁊ tex.ille loquitur in fideiussore indem
nitatis vt ibi in text.⁊ clare no.ibi Fulgo.allegādo.l.j.C.de decurio.et
27 l.j.C.de conue.fisci debi.lib.x.¶ Per predicta† patet non obstare ꝙ
renūciatio facta beneficio autētice de fideiussoribus nō operetur quin
possit fideiussor indemnitatis opponere exceptionem excussionis.qr
respondeo ꝙ talis renunciatio dicti beneficij nō cōprehendit istum ca-
sum quia beneficium de quo in auē.de fideiussoribus est cōcessum illis
qui iure antiquo poterant conueniri ante principalem.l.iure nostro.
C.de fideiussoribus sed nō sic erat in fideiussore vel promissore indem-
nitatis dicta.l.curatores.§.fina.⁊ ibi Bart.in dicta.l.j.de conue.fisci de
bi.⁊ nota.Barto.in dicta.l.quero.Item benificium excussionis potest
competere aliꝫ ꝙ̄ meris fideiussoribus vt in auē.hoc si debitor.C.de pi
gno.⁊.l.j.cum ibi nota.C.de decurio.lib.x.merito nō mirum si promis-
sor indemnitatis renūciando beneficio autentice de fideiussoribus nō
videtur renunciare dicte exceptioni excussionis faciēde sed in casu no-
stro talis promissor indemnitatis si non opponit i iudicio exceptionē
videtur eam remittere.l.ita demum.C.de procura.l.pomponius.§.rati.
28 ff.e.cum si.debuit† ergo opponi dicta exceptio excussionis a principio
vt per Bar.in.l.iij.ff.de excep.⁊ per Cy.⁊ Bald.in dicta.l.exceptionez
⁊ Cy.in auē.presente.C.de fideiussori.⁊ debuit opponi specifice et clare
quia obscura vel generalis exceptio nō releuat vt inquit Bar.tin.l.j.ff.
de excep.in.iij.col.in versicu.quero video ꝙ ista cōclusio ⁊c.cum concor
dantijs per.l.j.§.labeo.ff.de flu.Secundo principaliter moueor quia
posito ꝙ dicta exceptio excussionis non esset sublata per renunciatio-
nem beneficij de fideiussoribus tamen videtur sublata ꝑ illa alia ver-
29 ba generalia posita in instrumēto vcꝫ† ⁊ omni aliꝫ legum ⁊ iuris bene-
ficio ⁊ auxilio renūciant ⁊c.hoc decidit etiam Bald.in preallegata.l.j.
C.de conuenien.fisci debi.lib.x.in.iij.vel.iiij.colum.vbi querit pone ꝙ
pater cōsensit filio dato tutori alicuius ⁊ renunciauit beneficio de fide-
iussoribus an possit petere vt primo excutiatur filius qui est ꝑncipalis
ꝙ̄ exigatur ipse pater ⁊ respondet ꝙ aut renunciauit simpliciter benefi
cio autentice de fideiussoribus.⁊ tūc potest allegare ꝙ ꝑmo excutiatur
principalis argu.l.paulus.§.pe.ff.de bonis liber.⁊.l.j.§.sed vinendum.
ff.de succes.edic.sed si omni legum auxilio ⁊ beneficio renūciauit tūc nō
potest allegare excussionem vt i auē.vt sine prohibi.debiti.⁊ credi.mat.
30 §.qr multam.nam† per pactum potest remitti beneficium de fideiusso-
ribus vt in auē.de fideius.§.j.in gloss.in verbo accedat ⁊ tacita conuen-
tio mutari pōt per expressam allegat in argu.ff.de prescript.ver.l.natu-
ralis.§.fin.alias penultimo.ff.de prescrip.ver.non ꝙ per dicta verba ta
cita fideiussio deducatur in expressam hoc enī sine stipulatione fieri nō
pōt.l.blanditus.C.de fideius.l.quinta.§.satis acceptio.ff.de verborum
obligatio.sed ꝙ nouam naturam assumat bene fit per dicta verba ita re
sidet Bald.in dicta.l.j.constat autem ꝙ pater quando consentit filium
dari ⁊ iudice tutorez videtur tacite fideiubere ⁊ promittere indemnita
tem pro filio ⁊ non potest conueniri nisi excusso filio sicut ⁊ quando pa
ter consentit ꝙ filius creatur decurio iuxta dictam.l.j.cum ibi nota.per
Barto.C.de decurio.lib.x.⁊.l.libertus.§.filius.ff.ad municipales licet
glo.tenuerit contrarium in.l.tria onera la secunda.ff.de excusa.tuto.in
verbo quia voluntate in fi.dum vult patrem nō habere exceptionez ex
cussionis quādo consentit filio dato in tutorē a iudice sed illa reproba-
tur per Jaco.de are.⁊ doctores ibi communiter ⁊ per Bartol.in.l.cum
filius in princip.in fine prime colum.ff.de verb.obligat.⁊ per dictam.l.
libertus.§.fiscum ⁊ dictam.l.j.C.de decurio.⁊ ita presupponit Bald.in
dicta.l.j.C.de conuenien.fisci debit.⁊ tamen Bal.ibi vult quod ꝙ̄uis ꝑ
renuntiationem beneficij de fideiussoribus non releuetur actor ab excus-
sione tamen bene releuatur per illa alia ⁊ magis lata verba renūtiatio-
nis.s.⁊ omni aliꝫ legum et iuris beneficio ⁊ auxilio ⁊c.quia tūc tacita na
tura illius obligationis indemnitatis est mutata ſcd̄m eū ⁊ bene faciūt
notata per doc.in auē.matri ⁊ auie.C.quādo mulier tute.off.fung.po-
test cū suis concordantijs quod autem damnum passi sint dicti actores
de tassonibus est probatum per instrumenta solutionum pecuniarum
suarum per quas dicitur apparere de damno suo.c.fin.de foro compe.
lib.vj.⁊ patet in.l.damnum ⁊ damnatio.ff.de damno infecto.⁊ per hec
est resoluta tertia dubitatio.¶ Potest etiam tertio comprobari qr di-
ctus bachella fecit dictam promissionem tanꝙ̄ principalis ⁊ animo no
uandi vt expresse dicitur in dicto instrumento ergo tūc quo ad expres-
sionem iudicatur de eo:vt de principali contra quem agitur non facta
excussione:ita not.glo.reputata singularis in auē.de fideiusso.in prin.
31 ¶ Capio quartum† et vltimum dubium an acta illa sint nulla propter

illam subrogationem: et in hoc nõ insisto q statutum allegatũ per partem adversam nõ obstat quia solum prohibet illum qui fuit notarius sex mensibus ad officium exercere posse illud idẽ officium aliis sex mẽsibus. Sed in casu nostro nõ fuit subrogatus pro alijs sex mẽsibus: sed solum pro tempore pmisso a statuto vel provisione que providet solũ posse subrogari per. xv. dies. ideo iste casus est obmissus a statuto et remanet in dispositiõe illius provisionis volentis q pro. xv. diebus possit subrogatio fieri. facit. l. cõmodissime. ff. de libe. et posthu. et. l. si servũ. §. nõ dixit pretor. de acqui. heredi. et. l. si vero. §. de viro. solu. matri. cum vulg. Pro hoc facit q videm⁹ q ille cui nõ pt cõmitti cã: pt cõmitti articulus unius cause: ut no. Archi. in. c. statutum in prin. in verbo cause. de rescrip. in. vi. et no. Bart. in. l. more. et in. l. solet. ff. de iurisdi. omnium iudicum cum similibus. ¶ Quinto et ultimo ultra predicta etiam dicitur dictam promissionem Bartholomei bachelli nõ tenere: eo quia plus promiserit q principalis. s. de defendendo. et sic intercessit in duriorẽ causam. l. grece. §. illud cum vulgaribus. ff. de fideiusso. Sed respõdeo q etiam principalis per solam promissionem indemnitatis videbatur etiam promisisse de defendendo. l. pater in princip. et ibi notat Bar. ff. de dote prelega. et Bal. in. l. cũ tibi. C. de evictio. Secũdo respõdeo † q posito q intercessisset in duriorem causam: tamen tenet eius obligatio propter iuramentum quod operatur: ut si promissio fideiussoris promittentis in duriorem causam nõ potest obligare eum ut fideiussorem: obliget eum ut principalem: ita inquit Bart. in. l. si quis pro eo in octavo membro. ff. de fideins. et Angel. in. l. hi qui. eo. titu. et canoniste in. c. cum contingat. de iureiuran. et Ludovicus romanus in. l. i. §. si quis ita. ff. de ver. bo. obliga. quia iuramentũ operatur q si actus nõ valet eo modo quo agitur valeat omni alio modo quo melius valere potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ii.

¶ Laus deo. Alexan.

¶ Summarium super consilio. xxx.

1 Producens scripturam in iudicio videtur tacite cõfiteri vera esse contenta in illa.
2 Confessio facta iudice non sedente pro tribunali nõ est equivalens ad condemnandum.
3 Confessio facta coram iudice incõpetenti non valet etiam ut confessio extraiudicialis.
4 Cõfessio facta super libello inepto vel nullo nullum effectum habet.
5 Si nõ tenet principalis nec etiam tenet confessio pendens ex eo.
6 Duo ex pluribus delegatis ad unam causam nõ solum diffinitivaz pferre non possunt sed nec etiam ad alium actum procedere.
7 Tempus vel locus faciunt videri rem esse diversam.
8 Delictum potius presumitur factum fuisse in loco licito et tempore q in alio loco vel tempore prohibito. 9.
10 Accusat⁹ q vulneravit si confiteatur simpliciter non expresso die vulneris illati et probet q fecit ad sui defensionem tamẽ sua cõfessio sibi non nocebit.
11 Pluralitas delictorum et actuum nõ presumitur.
12 Probationes rei offuscant in totum probationes curie succedentis loco actoris et preferuntur.
13 Testator exculpans titiuz q eum non vulneravit non poterit titi⁹ torqueri ex indicijs laborãtibus cõtra eum.

¶ Consilium. xxx.

¶ Quãdo supplicans videatur fateri contenta inquisitione. Et quãdo sit deveniendum ad torturaz.

Ex allegatis in voce et in scriptis in causa Guilielmi de regnis resoluta et enervata esse videntur dubia omnia adeo q nihil superesse videtur quod adversus Guilliemum molliatur: tamen quia pars adversa videtur adhuc in duobus persistere velle quorum primum est. An ex productione supplicationis continentis q Guillielmus Nicolaum in domo vulneravit videatur Guillielmus fateri Nicolaum vulnerasse et curia possit talem confessionem dividere retinendo partem illam confessionis qua dr vulnerasse in domo Guilelmi. et per consequens sequi possit cõdemnatio.

¶ Secundũ an stantibus probationibus utriusq partis possit Guilelmus de iure subijci torture.

1 ¶ Ad primum redeo † in quo quicunq minus recte considerãs fortasse de iure respõderet Guillelmum tacite videri confessum esse vera fuisse cõtenta in supplicatione. Eamq cõfessionem nullam recipere eo maxime quia producens scripturam in iudicio videtur tacite confiteri vera esse contenta in illa. l. i. §. edere. ff. de eden. no. Inno. in. c. venerabilis de excep. et in. c. cum olim. de censi. et Bar. in. l. post legatum in princi. ff. de his quibus ut indig. nota. glos. in. c. presentium. de test. in antiquis. et dicta confessio cum sit facta circa id in quo presumptio sit contra cõtẽtem. s. qđ illicite et dolose vulneraverit potest p parte acceptari et pro parte non. etiam si sit sub uno eodemq verborum cõstructu. l. si non cõvicij. C. de iniur. l. i. C. ad leg. corne. de fica. C. de presump. et in terminis firmat Bartol. in. l. aurelius. §. idem quesijt. ff. de libe. lega. et dominus Bal. in. l. secunda. C. de donatio. ante nup. et in. l. i. C. de confes. et probat textus in capitulo cum venissent. et ibi hoc notant doct. de insti. et Butrius in capitulo ex parte decani. de rescrip. ¶ Cõtrariũ esse verius nemo sane mẽtis negabit ex pluribus et primo. Nã de iure cõi † cõstat con2fessionem factam iudice nõ sedente pro tribunali prout in casu nostro non esse ad condemnãdum equivalẽtem quia non est facta in sigura iudicij. gl. est in. l. iubemus et ibi no. scribentes. C. de libe. cau. et gloss. in. l. cum scimus et ibi Bar. C. de agrico. et censi. lib. xi. not. Cy. in. l. i. in. ij. q. C. de confes. et glo. in. l. ictus fustium et ibi nota. Ange. in fi. ff. de his qui no. infa. Statuta vero sub rubrica quod iudex ad maleficia deputatus diebus iuridicis et c. et sub rubrica quod ius dicentes in suis tribunalibus et c. disponũt quod acta taliter facta non valeant ipso iure: ergo intelligitur quod nõ valeãt etiam quo ad aliquod iudicium: alias enim statutuz nihil adderet iuri communi. et sic nihil operaretur unde ita dz intelligi ut aliquid addat iuri communi ut notat Barto. in. l. dies. §. pretor ait. ff. de dam. infec. et in. l. secunda. ff. de usucap. cum si. ¶ Corro3borat † ex his que decidit Butrius in. c. at si clerici in prin. de iudi. ubi per plura cõcludit quod ubicũq confessio facta est corã vetito examine plata coram iudice incõpetenti nõ valet etiam ut cõfessio extraiudicialis ut probat per illum text. et per. c. si diligenti de foro competen. et per 4 alia plura. ¶ Secũdo per id quod dixit Bald. † in. l. certi condictio in prin. in pe. colum. ff. si certum peta. et Bald. in. l. ij. §. quod si actor in fi. C. de iura. calũ. ubi dixit q confessio facta vel presumpta super libello inepto vel nullo nullum effectũ habet. allegat not. in. l. qui cum maior. §. si patris. ff. de bo. lib. et. l. ij. C. ut nemo privatus. Item si ipse actus pductionis est pro nõ factus quia nullus ex forma statuti. ergo non põt ex eo resultare cõfessio sicut dicimus in statuto disponẽte quod accusatus qui fuerit citatus et est cõtumax debeat bãniri et habeatur pro confesso. nam habebitur pro confesso si bãnum fuerit validum ita Bal. vo5luit in. l. error. ad fi. C. de iuris et fac. igno. ¶ Similiter † dixit Bald. in l. si absenti in fi. C. si cer. peta. quod si non tenet principale nec etiam tenet cõfessio pendens ab eo dicit esse tex. de hoc singularem in. l. si. ff. de cõsti. pecu. ergo si non tenet productio supplicationis eadem rõne non tenet cõfessio dependẽs vel resultãs ex ea. qualitas enim sine subiecto stare nõ potest. l. eius qui in provincia. ff. si cer. peta. l. fideiussor obliga6ri in prin. ff. de fideicõ. ¶ † De invaliditate etiam dicte cõfessionis patet alia rõne quia non facta fuit coram omnibus iudicibus delegatis ad dictam causam. l. duo ex tribus et. l. põpo. alias incipit si uni. ff. de re iudi. et dicit Bar. et alij in. d. l. põp. alias incipit si uni in secunda. q. quod nõ solum diffinitivam proferre nõ potest unus vel duo ex pluribus delegatis ad unam causam. sed nec etiam ad alium actum procedere. et est 7 casus in. c. prudentiam in prin. de offi. deleg. ¶ Tertio † respondeo qđ dicta cõfessio non relevat quoniam in dicta supplicatione ad quam se refert Guillielmus nõ fit mentio de eo tempore et loco de quibus in inquisitione fit mentio ergo etiaz si dividatur dicta confessio non potest dici quod ista confessio sit facta super delicto de quo in inquisitione. cũ enim non appareat de idẽtitate loci et temporis non dicitur apparere de idẽtitate delicti quia locus et tempus faciunt videri rem esse diversam. c. abbate de re iudi. in. vi. et in terminis nostris quod talis probatio nõ relevet firmat Bar. in. l. denunciasse. §. quid tamẽ in prin. iuncto versi. primo ergo quero et c. et in. l. is qui reus. ff. de pub. iudi. in versi. ve8nio ad questionẽ et Bal. in. l. ij. C. de probatio. cũ si. ¶ Quarto † respondeo q nisi probetur clare per partez adversam q istud delictum fuerit factũ extra domũ licet Guillelmus simpliciter ɔfessus esset vulnerasse Nicolaũ cõfessio ista nihil penitus sibi noceret quia potius presumeretur factũ fuisse in loco licito. s. in domo et tẽpore licito. s. de nocte q in alio loco vel tpe prohibito. hoc firmat Bar. et alij in. l. nõ solum. §. morti ff. de ope. no. nun. et Bald. eum sequitur in. l. fi. C. an servus ex suo facto et Bal. in. l. i. ff. solu. matri. et do. Abb. siculus in. c. in presentia in prima charta de pbatio. ubi reputat hãc decisionẽ esse valde singularez. dicit enim Bart. q si statuto cavetur q bãnitus possit impune offendi et accusatur titius q vulneravit seium de mẽse Maij et pbatur de vulnere pdicto mẽse Maij illato: et adverso titius pducit bãnũ seij latum. xv. die Maij certe psumeret tale delictum potius fuisse cõmissum tpe licito. s. post. xv. diẽ Maij q in delictis dz presumi factũ esse tẽpore et loco quo licet. allegat. l. ij. cũ ibi no. in glo. C. de peti. here. et. l. merito. ff. p soc. 9 ¶ † Et pro hoc etiam dicit si statutum prohibet quod nobiles nõ possint intrare palatium nisi tempore cõcilij. accusatur quidam nobilis q intravit palatium de mense Maij ipse ad sui defensionem probat q factum fuit concilium de illo mense: an autem intraverit tempore cõcilij permisso vel tempore prohibito non constat cõcludit Bart. et alij in dictis locis q presumeretur tempore permisso per predicta: q̃vis igredi palatium esset de genere prohibitorũ inspecto statuto. oportet ergo q pro parte curie sit pbatum q delictum fuerit extra domum commissum: ergo dicta cõfessio nõ relevat: quia debet presumi factum loco et tẽpore permisso nisi aliud probetur: an autem pro parte curie sit probatum quod extra domum et c. de hoc alias dictum est in voce. Et late in consilijs et allegationibus conclusum est q non stantibus probationi10bus rei et infra dicam. ¶ Quinto respondeo et ista etiam claudit † os omnibus per ea que expresse decidit Barto. in. l. is qui reus. ff. de pub. iudi. in antepenul. colum. ubi dixit quod si accusatus sum quod vulneravi titium die decimo Junij et de vulnere probatur per confessionem meã in qua cõfessus sum simpliciter me vulnerasse nõ expresso die vulneris

vulneris illati.⁊ postea probo ꝙ vulneraui titium ad meam defensionē licet nō probē de vulnere illato eadē die de qua precessit accusatio:nec etiam cōstet ꝙ illud vulnus illatum ad defensionē sit illud idem vulnus ꝙ simpliciter cōfessus fui intulisse tamē confessio mea simplex nihil mihi nocebit.qꝛ cōfessio mea debet interpretari ſm meam intentionē de qua facta est probatio.allegat.l.si qs intentione.ff.de iudi.⁊ sic debet intelligi confessum esse de illo vulnere de quo ꝓbauit ſm Barto.idem tenet Bald.in.l.j.in.x.colū.C.de confessis.in versi.denuo quero de questiōe quotidiana:vbi† pro hoc allegat ꝙ pluralitas delictorum ⁊ actuū non presumitur.c.in presentia.de proba.c.cum Joannes.de fide instru. no.in.l.qui iurasse.§.si pater.⁊ in.l.eū qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.Sed ꝙ Nicolaus fuerit vulneratus in domo probatū est per testes Gulielmi prout in cōsilijs ⁊ allegationibus cōclusum est:ergo confessio Gulielmi de illo vulnere illato in domo debet intelligi:⁊ per hoc lucidissime satisfactum puto prime hesitatiōi.¶ Quo ad secunduȝ quesitū respondeo† ꝙ torture subijci non potest ꝙ probaꝛ nā aut probationes Gulielmi sunt fortiores ⁊ validiores ꝙ̄ probatiōes curie:aut sunt pares:aut sunt debiliores si sunt fortiores vel pares nemo ignorat nō esse locum torture:quia probationes rei offuscant in totū probatiōes curie succedentis loco accusatori ⁊ preferunꝛ probationes rei.c.ex literis.de proba.cū si.aut curia allegat ꝙ probationes Gulielmi sunt debiliores. ⁊ tunc respōdetur pro parte Gulielmi hoc non esse verum quoniā esto ꝙ probatum esset pro parte curie ꝙ Gulielmus vulnerauerit extra domum Nicolaū tamen cum vulnus sit actus reiterabilis ⁊ probatum sit sufficienter ꝙ primo Gulielmus incepit vulnerare in domo sequiꝛ qd̄ testes curie nō aduersantur:nec cōtradicunt testibus Gulielmi:sed bene per indirectū enernant probationes curie stante statuto permittente vulnerare in domo quo casu probationes rei semper preferunꝛ etiaȝ si plenior esset probatio actoris:ita notat Bart.l.admonendi circa vltimam chartā de iureiur.in versi.quero quid si actor probauit intentionem suam ⁊c.et Cy.in.l.j.C.de procura.⁊ Jo.an.in.c.fi.de iureiur.imo etiam si alique presumptiones vel coniecture essent ꝙ Nicolaus nō fuerit vulneratus:tamen attento ꝙ in cōtrarium extant plurime presumptiones cōiecture ꝙ fuerit percussus in domo que presumptiones scȝ quatuor vel quinqꝫ apertissime sunt in cōsilijs ⁊ allegationibus deducte ergo nō est locus torture:vt dicit† dn̄s Bal.egregie in.l.j.in versicu lo pone testator.C.cōmunia de lega.vbi voluit ꝙ si testator vulneratus exculpauit titiū dicēs quod titius eum nō vulnerauit nō poterit titius torqueri ex indicijs laborantibus contra eum:quia habet indicium innocentie pro se scȝ exculpationē testatoris:vt ibi ꝓbat per.l.pau.§.j.ff. de bo.lib.bene fatetur Bal.ꝙ si liquido d̄ crimine constaret putaretur ꝙ esset puniendus per.l.ij.ff.ad sille.Sed ita est quod non solum per dictum ⁊ assertionem Nicolai vt dicitur offensi constat de percussiōe i domo:⁊ sic de exculpatione Gulielmi:sed etiā per alias cōiecturas allegatas vbi supra.ergo non est locus torture.Nec obstat ꝙ Nicolaus offensus postea reuocauerit confessionem ⁊ contrarium dixerit in iudicio qꝛ respondeo ꝙ primo dicto etiam extraiudicialiꝛ sine iuramento staꝛ magis ꝙ̄ secūdo dicto iurato quādo secundum dictū venit in fauorē iurantis vel persone quam diligit:ita probatur in.c.per tuas.de ꝓba.ſm dn̄z Abb.ibi in notabilibus:nam ibi ſm eū mulier in secūdo dicto deponebat cōtra primuȝ dictū:vt filius suus euitaret mortē ei cōminatā nisi illam puellaȝ quā prius illicite cognouerat duceret in vxorē:vt patet ibi ex antiqua:ideo staꝛ primo dicto.⁊ in dictis allegationibus et consilijs est respōsum ad dicta testium curie ⁊ maxime ad dictū Thome:domine Frācisce ⁊ domini Petri antonij ⁊ Ludouici.⁊ in dictis consilijs ⁊ allegationibus est euidēter conclusum⁊ probatum quod dicte probatiōes facte per Gulielmum sunt sufficientes ad absolutoriam obtinendum tanquam sit plene probatum ꝙ vulnus fuerit illatum in domo quanto magis sunt sufficientes ad excludēdum indicia ad torturam.⁊ ista videtur verissima conclusio per predicta.¶ Non obstat bānum quia respōdeo qd̄ resolutum fuit per cōparitionem ⁊ reductum ad vim simplicis actionis ſm Bal.in.l.j.C.de postu.Bar.in.l.j.alias.ij.§.fin.qui incipit. sed⁊ papi.ff.de requi.reis.Jtē quia mutate sunt probationes qꝛ examinati fuerunt duo testes qui tempore banni nō fuerunt examinati:ergo non potest dici istas probationes per bannuȝ fuisse reiectas.l.ius ciuile.ff.de iusti.⁊ iur.Non obstat contumacia vel fuga quia responde vt ꝑ Bar.in.l.j.ff.de bonis eorum.secundo responde qd̄ tollitur illa presumptio per comparitionē sponte factam.l.diuus.ff.de in integ.restitu.vna enim presumptio tollit aliam ⁊c.⁊ in terminis Saly.in.l.in bone fidei. C.de rebus credi. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.xxxi.

1 An non contradicendo protestationis videaꝛ acquieuisse.3.
2 Pro actu iudex seu officialis presumitur.
4 Non presumitur dolus ⁊ fraus in his que nō sunt de genere prohibitorum sed sit in aliqua specie permissum in aliqua prohibitum.

¶ Consilium.xxxi.

¶ Quando quis videatur consentire protestationi.

Domini redemptoris nostri inuocato suffragio.habita pro viribus diligenti consyderatiōe super narratis in themate.sentio qd̄ dictus Nicolaus non possit cōueniri tanqꝫ pronētualis ex dicto ɔtractu secū celebrato de anno.m.cccclxx. die.xxij.decembris pro rata dictorū ducatorū sexcētorum septem singulo mense soluenda secundum formam dicti contractus.⁊ hoc quantum est pro tempore sequuto a die dicte protestationis facte per dictum Nicolaum dictis dominis sex ⁊ subsequute licentie date per dictos dominos sex cuidā de vendēdo in certo loco ciuitatis dummodo solueret tātum pro vno anno ⁊ maxime ex infrascriptis.Nam allegatur contra dictum Nicolaum quod ipse cessauit in solutione facienda singulo mense secundum formam contractus:⁊ propterea fuit condemnatus. presupponitur etiam quod† dictus Nicolaus protestatus fuit dictis Dominis sex quod propter contrauentionē sibi factam non intendebat perseuerare in dicto prouentu.⁊ quod extunc facerent de prouētu quicquid vellent ⁊ in cōsequentiam satis declarauit se amplius non solutirū ratam predictam singulo mense argu.l.⁊ hoc modo.et quod ibi Barto.et alij.ff.de lega.j.et.l.si quis mihi bona.§.sed quid si mandauerit cum ibi nota.per Bartolum ⁊ alios.ff.de acquiren.heredi.⁊ si dicti sex non contradicerent protestationi ⁊ relaxationi prouentus videntur acquieuisse attento quod ex forma dicti contractus erat positum in arbitrio ⁊ voluntate dictorum dominorum sex relinquere vel non relinquere dictuȝ prouentum prefato Nicolao in casu quo non solueretur dicta rata singulo mense ⁊ sic cum penderet a voluntate eorum non contradicendo protestationi consensisse videatur vt probatur ex ratione eorum que no.per gloss.⁊ docto.in.l.gaius.ff.de pigno.actio.⁊ in.l.titia cuȝ testamento.§. luci.ff.de leg.ij.⁊ in.l.fideiussor.§.pater.ff.de pignor.et in.l.sepe.ff.de re iudica.hoc etiam voluit gloss.xxvij.distinctio.in.c.j.⁊ in.l.si fideiussor in princi.ff.qui satisdare cogan.⁊ in.l.pretor.§.hoc autem interdictum cōpetit in verbo adijcitur.ff.de operis noui nunciatione.et aperte firmauit Joan.de Jmola ⁊ Ludoui.romanus in.l.non solum.§.morte.ff.de operis noui nunciatione.et Joan.de Jmola in.c.cū.M.ferrariensis de constitu.et fulgosius in lege pacta nouissima.C.de pac.⁊ romanus in.l. que dotis.ff.soluto matrimonio.⁊ Joannes de Jmo.in dicto.§.hoc autem interdictum competit vbi ad hoc ponderat dictam gloss.ibi in verbo adijcitur per id quod habetur in.l.si filius la secunda.ff.ad macedo.⁊ in clemen.prima de procura.⁊ per nota per gloss.in.l.fin.§.itē si predixerit.ff.naute caupo.stab.bene facit quod notat Barto.in dicto.§.morte in vltima colum ad fi.⁊ in.l.prima circa vltimam columnam.C.de litis contesta.et tanto magis procedunt predicta quia videbatur agi de modico preiudicio eorum quibus protestabatur quo casu per presentiaȝ et taciturnitatem facilius inducitur consensus.l.quam tuberonis.§.sunt quidam.ff.de pecul.l.labeo cum gloss.ff.de aqua plu.arcen.et ad ea que in contrarium possent allegari respondetur per prefatos docto.in dicto.§.morte cum concordantijs supra allegatis.¶ Preterea de consensu dictorum dominorum sex apparet ex eo quod ipsi per instrumentum publicum dederunt licentiā cuidam credendi dūmodo solueret tantum pro vno anno ⁊ constat ꝙ ſm formā contractus prius celebrati cum dicto Nicolao firmo manēte ipso cōtractu nullus poterat vendere sine licentia dicti Nicolai vt in secundo capitulo dicti contractus contineꝛ et voluntas declaraꝛ ita facto sicut ⁊ verbis.l.paulus respondit non tantum verbis.ff.rem ratam habe.l.de quibus.ff.de legi.Et tanto quod in casu predicto pendebat a mera voluntate dictorum sex non relinquere dictum prouentuȝ dicto Nicolao vt dictū est:ideo nō refert vbi aut qualiter dicti domini sex dictā suam voluntatem declarauerint:vt no.gloss. in.l.pomponius.la prima.⁊ ibi Bart.ff.de nego.gest.⁊ in.l.fulcinius.§. quid autem.ff.quibus ex cau.in possessi.ea.et not. Bartol.in.l.certum §.si quis absente.ff.de confess.⁊ in.l.quo eū.§.j.ad fin.ff.rem ratam habe.⁊ Ang.in.§.si vero expressum in autē.de here.⁊ fal.facit.l.pro herede in princip.⁊.§.j.ff.de acquiren.heredi.⁊.l.si auia.C.de iure delib.Et presumendum est dictos dominos sex voluisse auferre dictum prouentum dicto cōductori ꝓut licite facere potuerūt ex causis predictis potiusqꝫ relinquere dictum Nicolaum generalem prouentualem quo casu dando dictā licentiā vendendi illi cui dederunt fecissent rem illicitam prohibitam ⁊ penalem ex forma dicti cōtractus celebrati cuȝ dicto prouentuali.hoc probatur in.l.merito in ratione fui.ff.pro soc.in.l.j.ff.de solu.⁊.c.ij.de regu.iu.cū si.¶ Adminiculatur etiā illud preceptuȝ factū per officialem gabelle habentem iurisdictionem super oēs prouentuales ⁊ emptores gabellarum qui fecit preceptū omnibus vendentibus vinum in ciuitate Lucana quod nullus pro vendēdo solueret dicto Nicolao cum† pro actu iudicis seu officialis presumatur.c.in presentia de renun.c.sicut de re iudi.c.bone.el primo.de electi.c.ad audientiā de prescript.l.ij.C.de offi.ciui.iudi.cū si. ¶ Nec predictis †obstat si diceretur ꝙ dictus Nicolaus etiam post dictam protestationem ⁊ post dictū preceptum factum per officialem gabelle ⁊ post dictam licētiam dataȝ vni de vendendo a dictis dominis sex vendidit vinū in vna ex pluribꝰ cellis seu tabernis ⁊ illam tenuit apertā sicut prius facere solebat.⁊ sic videtur a protestatione recessisse.arg.c.primi.qd̄ metus cau.⁊.c.solicitudinem de ap.⁊ per id qd̄ not.Bar.in dicto.§.morte circa sextam colum.et per doc.in.c.cū M.ferrariensis superius allegato:quia responderi potest primo quod propter tacitum cōsensum prestitum per dictos dominos sex protestationi predicte seu propter tacitaȝ approbationē ipsius protestatiōis factā a dictis dominis sex:vt dixi supra resultat ꝙ pactū

etiam contrarium non tollitur protestatio precedens quo ad eos qui dicte protestationi consenserunt seu illaz approbarunt. ita colligitur ex notatis per glo. in. l. pacta novissima. C. de pact. quaz ita declarat Barto. in dicto. §. morte in. vj. colū. in ver. sed quero an partis consensus. ⁊c. ¶ Secundo modo potest respōderi ꝙ allegata in contrarium loquuntur quando post protestationē sequitur actus cōtrarius qui se cum protestatione non cōpatitur: sed in proposito nostro non ita fuit quia Nicolaus protestatus est ꝙ nō intēdebat amplius perseuerare in dicto prouētu de quo in instrumēto seu cōtractu precedēte: nec amplius esse prouentualis vnde in posterum: licet tenuerit apertam vnam solam tabernam ex pluribus quas tenere solebat non est actus qui se non cōpatiatur cum protestatione: quia per protestationem declarabatur ꝙ non intendebat esse prouentualis prout in instrumento cōtinebatur. ⁊ sic non intendebat esse generalis prouētualis ⁊ obligari ad ea de quibus in instrumento: licet autem postea retineat apertam vnā ex dictis tabernis ⁊ reliquas non retinuerit nec ab alijs vendētibus exegerit vt solebat ostendit se voluisse retinere eā vt particularis venditor ⁊ prout ceteri particulariter vendentes vendebant cum consensu officialiuz gabelle prout requiritur ex forma statuti quādo nō extat prouentualis. ⁊ non est verisimile ꝙ statim dictus Nicolaus voluisset post protestationē sibijpsi contrariari. l. nō ad ca. ff. de cōdi. ⁊ demōstra. ⁊ in dubio fieri debet interpretatio per quā cesset repugnantia in prima constitutione codicis. §. quibus. l. sed et posteriores. ff. de legi. c. cum tu. de testi. ¶ Nec tunc obstabit † si dicatur quod si Nicolaus non perseuerauit: vt prouentualis: ergo incidit in penam fraudantis gabellam ex forma statuti: ex quo vendidit sine licentia officialium in dicta cella vinaria: quia respondetur quod nō incidit in penam fraudantis: qꝛ presupponitur ꝙ ita publice vendidit per sex menses scientibus videntibus ⁊ patiētibus dictis officialibus ideo videtur vendidisse cū eorum consensu. l. j. §. magistratum autem. ff. de exercitor. et ibi hoc no. guli. de cu. et Bal. in. l. fina. ff. quod cum eo et notat expresse Pe. de ancha. in consilio. lix. incipiente in christi nomine motiua iudicis ⁊c. et Paulus de cast. in consi. cclxj. incipiente in christi nomine si iste ⁊c. et Preterea in dubio attento quod dictus Nicolaus palam ⁊ publice tenebat apertā dictam cellam ibi vendendo † non presumitur dolus ⁊ fraus qꝛ in his que non sunt omnino de genere prohibitorum sed est in aliqua specie permissum et in aliqua est prohibitum. nam vendere vinum non est de genere prohibitorum sed quandoqꝫ est prohibitum vt si vendatur luce vinum ad minutum sine licentia officialium ⁊ tunc si fit palam ⁊ publice non presumitur dolus et fraus. l. non existimo. ff. de admi. tuto. l. fi. ff. de ritu nup. l. cum ipse cum ibi not. C. de cōtrahen. emp. ⁊ est doctrina Jaco. de ra. Cy. Jac. butri. ⁊ Bald. in. l. nemo clericus. C. de summa trinita. ⁊ fide catho. Ex quibus concludo dictum nicolaum ex eo ꝙ publice tenuerit dictam cellam apertam non debeat puniri tanꝙ fraudator nec etiam teneatur tanꝙ generalis prouentualis pro summa dictorum sexcentorum septē ducatorū soluenda singulo mēse vt dixi supra. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xxxij.

1 Coniunctum aliquid dicitur quando est vnum corpus. 2.
3 Ex statuti parte declaratur mens statuentis.
4 Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.
5 Ubi ratio exprimitur in statuto illa dicitur attendi.
6 Quando mens legis aut verba sint seruanda.
7 Statutū potest interpretari ḃm ius cōmune ne quis indebite puniatur
8 Ubi in statuto nulla ratio est expressa semper credendū est ꝙ statuētes sint moti ea ratione qua quilibet sapiens moueretur.
9 Lex quanꝙ dura seruanda est.
10 Fit extensio de statuto vbi si statuentes fuissent interrogati verisimiliter ita statuissent.

¶ Consilium. xxxij.

¶ An statutum bononie artans habentem petiam terre septem tornaturarum vel abinde infra ad vendendum vicino qui habet ter tantum a tribus lateribus habeat locum in illo qui vltra dictas septē tornaturas habebat predium ibi prope ad cuius vsum deputata erat dicta terra. vij. tornaturarum.

Clarissime domine vicarie in causa Joannis Baptiste intellexi ea super quibꝰ pars aduersa conatur facere fundamentum: tamen illis non obstantibus sentio proculdubio illa fundamenta meo iudicio nō posse subsistere presertim ex infrascriptis. Nam statutum sub Rubrica 1 † de iudicijs diuisorijs in versiculo si vero contigerit aliquez seu aliquos ⁊c. prouidet quod ille seu illi quem vel quos habere contigerit septem tornaturas terre vel minus simul vel coniunctim pro indiuiso seu pro diuiso iuxta possessionem alicuius habentis ter tantum de terreno iuxta dictas septem tornaturas vel minus a tribus lateribus super quibꝰ septem tornaturis vel infra non sint edificia domus vel domorum ad habitandum cogantur vendere pro iusto pretio dictas septem tornaturas vel abinde infra dicto vicino. Ponderandum est quod statutum cōsyderat quod dicte tornature terre sint simul seu coniunctim vnde si reꝰ conuentus vltra sex vel septez tornaturas quas habet simul duxit magnam petiam terre actoris que est ter tantum allegat se habere separatim a dicta petia terre septem tornaturarum vel abinde infra alias plures tornaturas terre ibi non multum distantes quibus dicit accōmodari vsum dicte petie terre septem tornaturarum non potest per hoc excludere agentem quia iste alie plures tornature rei cōuenti non sunt simul seu coniunctim cum illis septem tornaturis vel minus quia cōiunctim esse dicuntur quando essent vnuz corpus. l. vnica. §. hec itaqꝫ tam varie. C. de cadu. tol. vnde non potest per hoc dici quod reus iuxta petiam ter 2 re actoris habeat simul seu cōiunctim plusꝙ septem tornaturas datur ergo † intelligi ex illis dictionibus scilicet simul vel cōiunctim ꝙ illud ꝙ haberet reus cōuentus simul seu coniūctim debet attendi non autez illud quod haberet seorsum in diuerso corpore quia verba statuti nō conueniunt huic casui ad fauorē rei conuenti. ergo nec cōuenire intelligitur statuti dispositio in fauorem ipsius rei. l. iiij. §. toties. ff. de damno infecto. l. ita autem in princip. ff. de administratio. tuto. Secundo probatur qꝛ statutum disponit quod propter edificiuz domus rei conuenti ita demum possit reus se tueri quominus teneatur vendere si tale edificiū domus sit super dictis septē tornaturis. ergo datur intelligi ꝙ si reus haberet domū prope dictas septem tornaturas ꝙuis vna ex dictis rebus rei conuenti afferret cōmoditatem pro vsu alterius sue rei tamen hoc non sufficeret. ergo apparet ꝙ statutū noluit attendere istam commoditatem alterius rei propinque spectantis ad ipsum reū conuentum: quia 3 ex vna parte statuti declaratur mens statuentis in alia parte. l. vtrum. ff. de peti. here. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. ¶ Tertio probatur 4 † quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. quesituz. §. denicꝫ. ff. de fun. instruc. ⁊ in. §. vt autem in autē. de non alienā. ⁊ no. in. l. in his. ff. de legi. Item per exceptionem declaratur que fuerit mens regule: vt est tex. no. in. l. nam quod liquide. §. fi. ff. de penu lega. Sed statutuz predictum in versicu. ab his proxime dictis excipimus ⁊c. a dicta regula excipit plures casus: vt terrena pertinentia ad molendina. et quedaz alia conclusio in casibus non exceptis firma manet regula premissa. Et aduertendum quod si reperiretur vnam petiolam terre septem tornaturarum vel infra esse iuxta seu prope molendinuz. ⁊ que deseruiret pro vsu dicti molendini vt pro faciendo ibi aliquo aqueductu vel alio simili vsu et molendinum ac dicta petiola terre spectarent ad eundem dominum: tunc statutum fauore molendini in quo vertitur maior fauor ac necessitas seu publica vtilitas voluit hoc speciali casu possessorem non cogi ad vendendū ⁊ per consequens apparet ꝙ statutū cōsyderauit quod quandoqꝫ poterat contingere ꝙ petiola terre que esset septē tornaturarum pertineret ad vsuz alterius rei. ⁊ tamē voluit per hoc releuari reuz nisi in casibus exceptis. Et pro certo cuz statuentes ibi cōsyderauerint plures casus quos exceperunt verisimile est ꝙ etiam cogitauerint ꝺ isto casu nunc occurrēti qui est valde frequens ⁊ quotidianus. ⁊ si illum voluissent excipere excepissent sicut illos exceperunt. l. vnica. §. finautē ad 5 deficiētis. de cadu. tol. c. ij. de transla. prela. ¶ Quarto † probatur per id ꝙ nota. dicit Bal. in. l. fin. ff. de here. instituen. ⁊ ibi etiam Joā. de imo. post eum super glo. pe. vbi dicunt per ibi not. per gloss. ꝙ vbi ratio exprimitur in statuto illa debet attendi vt. l. milites agrum. ff. de re milita. Sed vbi in statuto non esset expressa nec scripta ratio tūc magis debēt attēdi verba ꝙ ratio allegant. l. prospexit. ff. qui ⁊ a quibus. ⁊ ita etiā inquit Bal. in. l. maximum vitium in quarta colum. C. de lib. preter. vbi inquit quod si ratio statuti esset dubia vel congrue reddi non posset: tūc ex tali ratione non possumus arguere. quia non est necessaria: sed magistralis. allegat not. in. l. prima. C. de legi. Ita etiam fuit de mente Bartol. in. l. liberorum. de verbo. signifi. circa. vij. vel. viij. colum. in versicu. his premissis reducamus ⁊c. in fin. illius. q. nam dicit non posse argui ex ratione statuti si non est scripta in statuto. Bene facit quod no. voluit Cy. in. l. nō dubium in prima. q. C. de legi. vbi dixit post Petr. ꝙ si volumus propter rationem non scriptam deuiare ⁊ recedere a verbis legis oportet ꝙ ratio illa sit naturalis ⁊ cōiter ⁊ naturaliter possit probari per simile. allegat l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tuto. sed in ꝓposito nostro ratio non est scripta in statuto ⁊ si qua fuit ratio statuētium videtur fuisse ista. scꝫ qꝛ consyderarunt incommodissimum esse domino predij cui petiola terre septem tornaturarum confinata tribus laterib⁹ si illa spectet ad diuersum dominū ⁊ hec ratio militat in casu nostro vel si volumus dicere qꝺ alia potuit esse ratio statuti: ⁊ tunc negari nō posset quod dubij sumus que fuerit ratio predicta: ergo per eam non debemus a verbis statuti recedere saltez cum non constet de aliqua ratione naturali que naturaliter ⁊ communiter possit probari per simile. attento quod non habemus in simili de iure ꝙ in certo casu quando. quis cogeretur rem suam vendere vicino non habeat locum in illo qui iuxta rem suam haberet aliā rem ad cuius commodum esset res illa que peteretur vendi: vt est de mente 6 Cy. in. d. l. non dubium. ad idem † bene facit ꝙ not. Bald. in. d. l. non dubium in. ij. colum. in ver. contra vtranqꝫ ⁊c. ⁊ in quarta colum. in versicu. sequitur nunc videre ⁊c. vbi dixit ꝙ aut mens legis est certa. ⁊ tunc seruare debemus magis mentē ꝙ verba: vt in. d. l. non dubium. aut mens legis non est certa et tunc verbis inherere debemus. l. j. §. si is qui nauez ff. de exerci. ⁊. d. l. prospexit. per quam. l. etiam dicit Bald. in dicta. l. non dubium. in. iiij. col. ꝙ ratio legis debet attendi in sua generalitate id est in generibus singulorum: nō in singulis generum. ⁊ in hoc dicit fundari illam. l. ⁊ propterea infert ꝙ licet i aliquo singulari casu cesset ratio legis non

his non tamē propterea restringit dispositio legis: qꝛ sufficit ꝙ dispositio legis sit rationabilis in sua generalitate. et ad hoc dicit esse valde no. tex. in. d. l. prospexit. ⁊ istud plurimū facit ad casuz nostrū. Et per hec patet responsio ad ea que in contrarium adducuntur quibus etiam spe
7 cialis respondeo. nam nō obstat id quod † habetur in. l. ij. C. de noxal. qꝛ qꝛ respōdeo ꝙ ibi habetur ꝙ statutum debet interpretari ſm ius commune ne quis indebite puniatur. nam ibi statutum seu constitutio facta erat prouidens ꝙ cedentes arbores alienas inciderent in certam penam. nā dicitur ibi ꝙ si contingat seruum meum incidisse arbores alienas nō tenebor ego dominus pro seruo meo; nisi noxaliter si tale dānuz dedit seruus meus me nesciente vel prohibente. ⁊ hoc qꝛ iure communi prouisum erat ꝙ pro dāno dato a seruo non teneretur dñs ignorans nisi noxaliter ⁊ sic ꝙ liberaret dando seruū pro noxa: sed vt dixi. s. non habemus de iure cōmuni prouisum ꝙ vbi quis possit cogi aliquo casu ad vendendū vicino predium intelligatur nisi ille contra quem petitur venditio predij habeat ibi prope aliam rez ad cuius vsum sit deputatū
8 dictū predium. ¶ Non obstat etiā † quod in dicto statuto sit dictio taxatiua tantū. s. septem tornaturarum tantum quamuis in statuto mihi exhibito non sit dictio illa taxatiua: tamē posito quod esset dico ꝙ nō obstat qꝛ loquitur statutum de habente septem tornaturas simul. iuxta quas vicinus habeat ter tātum a tribus lateribus. sed ita est quod re⁹ conuent⁹ non habet vltra sptem tornaturas simul iuxta quas confinat petia terre actoris a tribus lateribus. ¶ Nno obstat qd̄ quādo in statutis nulla ratio est expressa semper credendum est quod statuentes sint moti ea ratione qua quilibet sapiens moueret per dictum. §. sufficit. qꝛ imo vt dixi supra quando ratio non est scripta in lege non debemus a verbis recedere ⁊ etiam quando appareret de ratione satis est quod ratio illa militet in sua generalitate licet non in vno singulari casu vt per
9 plura ostensum est supra nec cōtrariū dicitur in. d. §. sufficit. ¶ † Nō obstat ꝙ dictum statutum esset iniquum si intelligeremus quod habeat locum in casu nostro cum vnum altare discooperiret vt alterum cooperiatur ⁊c. qꝛ ad hoc respondet iurisconsultus in. d. l. prospexit ibi dum dicit ꝙ quidem per quā durum est: sed lex ita scripta est. Item respondeo qd̄ statutum valet ꝙuis per ipsum derogetur iuri naturali vel gentium dūmodo non derogeт in totum sed in aliquo casu vt in quit Barto. in l. omnes populi in tertia questione principali in priu. ⁊ no. in. l. fi. C. si cōtra ius vel tili. publi. attento quod statutum istud est generale et ita in simili casu faueret huic reo cōuento si ab alio peteret sibi vendi petiā vnā terre septem tornaturarum iuxta quā haberet iter tantum a trib⁹ lateribus. ⁊ bene facit qd̄ habetur in regula sine culpa de regu. iur. in vj.
10 vbi dicit tex. sine culpa nisi subsit causa non est quis puniēdus. ¶ † Non obstat ꝙ si statuētes de hoc fuissent interrogati verisimile est ꝙ ita statuissent secundum quod dicit reus per not. in. l. tale pactum. §. fina. ff. de pac. qꝛ hoc negatur imo colligitur mentem statuentium fuisse in cōtrarium per exceptionem factam in statuto ⁊ per alia que. s. dixi. Preterea dicit Anto. de but. et Joan. de imo. in cle. j. de rescrip. super gloss. in verbo presidentes quod illud quod no. in. d. l. tale pactum. §. fi. non habet locum quando essemus in materia exorbitanti a iure cōmuni qꝛ debet fieri restrictio ad verba ⁊ mentez ex verbis sumptam specifice vt ibi per eos ⁊ etiam patet ex alijs que superius dixi. Ex quibus puto plusquā satis liquere ferendam esse audacter sententiā contra reuz virtute dicti statuti. Alexan.

¶ Summarium super consilio. xxxiij.

1 ☞ Concedens domū videtur etiā cōcedere ortum illi contiguum.
2 Appellatione residui venit id totum quod superest.
3 Indefinita plata siue circa psonas siue circa res equalet vniuersali. 4.
5 Ex qualitate rei presumitur quid sit actum a contrahentibus.

¶ Consilium. xxxiij.

¶ Ortus quod videat concessus domo concessa: ⁊ residui appellatiōe quid veniat ⁊ quādo indefinita equipolleat vniuersali.

Domini redemptoris nostri inuocato suffragio. Cōsyderatis verbis dicti arbitramēti ⁊ alijs que in themate continētur nec non perspectis his que per clarissimum dominū cōsulentē egregie allegata ⁊ conclusa sunt puto super secūdo ⁊ tertio quesito nullam esse dubitationem ideo super his nihil dicam nisi approbando simpliciter conclusionē dñi cōsultoris. Sed super primo quesito in quo queritur an dicte curie que sunt iuxta partez fenilis assignatam dicto dominio carolo cedant in partem dicti domini caroli ita vt ad eum pertineant iure dominij sicut alie partes assignate alijs fratribus cedūt in partem eorū. mihi videtur concludendum ꝙ sic. nam † qui concedit do
1 mum videtur etiā concedere ortum illi cōtiguum ita inquit Jo. an. in. c. raynutius de testa. iuxta illum tex. faciētem mentionē de domo ⁊ orto. ⁊ pro hoc allegat tex. bene facientē in. l. predijs. §. balneas ⁊ ibi doct. et in. §. qui domū. ff. de leg. iij. bene facit. l. creditor. §. fi. de actio. empt. et. l. fi. in prin. iuncta glo. ff. de ser. vrb. predio. ⁊. l. testatrix. §. j. ff. si seruitus vendi. ⁊ quod no. archi. xij. q. ij. c. fi. Et videт quod in proposito ex dispositione dicti arbitramenti dicte curie intelligantur concesso domino carolo in totum non autem pro parte indiuisa. hoc ostendere videntur verba arbitramenti dicentia in parte assignata dicto domino carolo sub hac forma vez. Itē domos omnes quas tenet Bartholomeus marochi cū omnibus suis porticibus existentib⁹ ante ipsas domos quib⁹ coheret a mane intrata de le casolis que aperieт a sero seriola communis a meridie domus tāgens parti bragide piri cū residuo curtis ⁊ subdit. Item tres tractus fenilis magni a sero cum penzanis retro per mediuz dicto
2 rum tractuū. nam † appellatione residui venit id totum qd̄ supererat. l. ij. C. de heredi. insti. l. vxori. in prin. cū ibi not. ff. de lega. iij. ⁊. l. qui nō militabat. §. fi. cum duabus legibus sequentibus. ff. de here. insti. ⁊ licet dicatur in arbitramēto cum residuo curtis. ⁊ sic in singulari. ⁊ iste videantur esse due curie: tamē hoc non habet obstare dicto domino Carolo: qꝛ
3 indefinita † prolata siue circa psonas siue circa res equipollet vniuersali quando est eadē ratio omnium contentoruz sub indefinita. l. si pluribus cum ibi no. per Barto. in. d. l. in prin. ⁊. l. si ita relictum in prin. ff. de leg. ij. ⁊ no. Dy. in Rubrica de reg. iur. in. vj. ⁊ glo. in. c. vt circa in verbo aliorum. de elec. in. vj. et Jaco. de bel. in. l. si necessarias. §. si annua. ff. de pigno. ac. Sed eadē est ratio in vtraqꝫ curte. vt cōtineatur in dicta parte assignata domino Carolo qꝛ etiā de vtraqꝫ curte fuerat assignata portio alijs duobus fratribus suis quibus in dicto loco de le casellis fuerunt assignate pro diuiso partes sue: vt in dicto arbitramēto continetur. ⁊ ex multis capitulis dicti arbitramenti cōprehenditur dictum arbitratorem voluisse quantū potuit equalē diuisionē facere inter dictos fratres: vt patet maxime in illis diuisionib⁹ aquaruz. ⁊ dicit tex. in. l. inter filios. C. fami. ercis. quod equi iuris est bona ascendentium diuidi pro virili
4 portione inter filios: ⁊ tūc succedit doctrina † Ange. in. l. pe. C. de impube. ⁊ alijs substi. dicentis quod vbi equitas dictat qd̄ inddefinita equipolleat vniuersali: tunc equipollet per. l. si seruit⁹. ff. de seruitu. vrba. predio. ⁊ per dictā. l. si pluribus. secus si equitas dictat contrarium per. l. ij. ⁊. l. placet. ⁊. l. cum quidam. ff. de libe. et posthu. sed equitas hoc casu dicta qd̄ dñs Carolus pro diuiso habeat partes in dictis duabus curijs quēadmodum alij fratres. ⁊ in. d. l. inter filios. ergo ⁊c. Corroboranт predicta per id quod no. gloss. in. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.
5 † que dixit ꝙ ex qualitate rei presumiт quid sit actum a contrahentibus vnde si vendo tibi librū pro decem florenis ⁊ non dixi de quibus florenis hoc discernetur ex qualitate valoris: vnde dicit Barto. ibi ⁊ in. l. patronus. §. j. de leg. iij. si vendo tibi talem domū vsqꝫ ad talem domū pro centum ⁊ dubitetur an dictio vsqꝫ stet inclusiue. ⁊ sic ꝯprehendat illam aliam domum hoc discernetur ex qualitate pretij et rerum. ⁊ similem decisionē ponit Ange. in. l. quicquid astringēde in prin. ff. de verbo. obli. et verbo fertur quod pars assignata apollonio cum quo vertiт lis non est deterioris conditionis ꝙ̄ sit pars dñi Caroli accipiendo ptē dñi Caroli: vt sub ea comprehēdātur dicte due curie eo mō quo ipse petit ergo qualitas portionis dicti Apollonij ostēdit ꝙ sit actū in dicto arbitramēto: nec obstāt notata p Bart. i. l. ꝙ cōclaue. ff. de dā. infec. qꝛ dicta verba. s. cum residuo curtis ⁊c. ⁊ dicte alie demonstrationes cōcurrentes q̄ nō erāt in casu in quo loquitur Bar. omne remouent obstaculū. Ex qb⁹ cōcludo ꝙ dicte curie de quibus in themate petite per dictum dñz Carolum intelligantur comprehense in parte sua. Alexan.

¶ Summarium super consilio. xxxiiij.

1 ☞ Acceptans aliquē in fideiussorē videт eū approbare vt idoneum.
2 An credatur opponenti fideiussorem nō esse idoneum. 4.
3 Qui cum aliquo contrahit scit vel scire debet conditionez suam.
5 An obligatus dare fideiussorem si non dat idoneum pars possit iurare ipsum esse suspectum.

¶ Consilium. xxxiiij.

¶ Creditor qui recepit fideiussorem nō idoneum quando possit agere contra debitorem: vt alium prestet vel ad interesse. Et etiam iurare debitorem suspectum.

Redemptoris nostri inuocato suffragio. Consideratis his de quibus in themate fit mentio puto de iure verum esse dictū semproniū nō po
1 tuisse: nec posse de iure cū effectu agere cōtra dictū † titium: vt denuo sibi caueret posito quod dictus. P. nō esset soluēdo. ⁊ sic nō esset idoneus facultatibus tpe quo dict⁹ titi⁹ cū dedit in fideiussorem prefato sempronio: qꝛ eoipso ꝙ dictus semproni⁹ eū accepit i fideiussorem videtur eū approbasse vt idoneū. ⁊ ideo videт titi⁹ satisfecisse ad id quod tenebatur dicto sempronio vt inquit tex. in. l. qui satisdare. ff. de fideius. ⁊. l. inter causas. §. abesse. ff. man. l. si is a quo. §. fin.
2 ff. vt in pos. leg. Solum restat † videre an possit semproni⁹ dicere ꝙ ipse ignorauit dictum. P. fuisse non idoneū. ⁊ gl. magis cōiter videnт tenere ꝙ non noceat creditori receptio talis fideiussionis ignoranter facte vt no. gl. in. l. si quis stipulatus sit stichū aut pamphilū. §. fin. ff. de ver. obli. et in dicto. §. abesse ⁊ in preallegata. l. sis a quo. §. fin. facit. l. promittendo. §. si a debitore. ff. de iure dot. Sed ad hoc respondetur primo quod eoipso qd̄ sempronius accepit dictum. P. in fideiussorem sibi datū pre
3 sumitur habuisse scientiam conditionis sue. ille enim † qui cum aliquo contrahit scit aut scire debet conditionem suam. l. qui cū alio. ff. de regulis iuris cum concordantijs ibi allegatis: ⁊ paria sunt scire vel scire debere. l. quod te. ff. si cert. peta. l. late in princ. ff. de verborum significatio. l. si titius. ff. de fideiussori. et hoc est quod voluit dicere text. in dicta. l. qui

satisdare in fi. oporteret ergo probari per dictum sempronium quod cõmuni opinione ille. p. putabatur diues ⁊ soluẽdo ad hoc vt excusaretur. l. iij. ff. ad macedo. l. miles. §. mulier. ff. de adulter. l. barbarius philippꝰ. ff. de offic. preto. vel qȯ dictus titius affirmasset ipsi sempronio quo dictus. p. erat tunc soluendo per dictã. l. si titius. et ita est de mẽte Ang. in l. j. ff. si quis in ius vocatus nõ ierit. ⁊ hoc ibi etiam clarius ponit Pan. de cast. dicens Angelum ibi velle quod aut fideiussor nõ idoneus facultatibus est prestitus creditori scienter recipienti ⁊ sibi imputet creditor dicto. §. abesse aut est prestitus creditori ignoranter recipienti: ⁊ tunc nõ habetur pro idoneo per notata in dicta. l. qui satisdare. ⁊ hoc vltimum dicit Angelum intelligere si prestans talem fideiussorem asseruit eum esse idoneum. alias sibi imputet creditor qui non explorauit. et hoc dicit Paulus de castro sibi placere. arg. l. si vero non remunerandi. §. si qs filiofami. mandauerit in fi. ff. manda. sed melius probatur in dicta. l. si titius ⁊ in. l. feminis. C. ad velleia. iũcta dicta. l. qui cũ alio. Ita etiam tenet ipsemet Pan. de cast. in dicta. l. qui satisdare in fi. vbi dixit quod si quis recepit fideiussorem non idoneum facultatibus ignoranter non tamen per hoc poterit petere iterato sibi alium idoneum fideiussorem prestari nec etiam interesse aliquod sibi dari quod est fortiꝰ nisi interueniat dolus fideiussorem prestantis qui affirmauerit illum esse idoneum vel iustissima ignorantia recipientis vt quia communiter reputabatur fideiussor idoneus alias enim imputet sibi creditor quare non explorauit per dictum. §. abesse vbi videtur casus secundum eum. et ita dicit intelligi debere dictam. l. qui satisdare in fi. que alias nullum dubium haberet si intelligeretur de recipiente scienter non idoneum facultatibus ⁊ dicit ità de facto seruari ⁊ ꝙ propterea per cõmunitates solent ꝯstitui

4 approbatores qui approbant suo periculo. ¶ † Aliter etiã respondeo ad notata per glo. in dicta. l. si quis stipulatus fuerit stichum: §. fin. cum alijs supra allegatis quod verum est qȯ quando creditor recepit ignorãter fideiussorem non idoneum facultatibus sibi non preiudicat scilicet quantum ad hoc quia potest agere ad interesse contra illum qui tenebatur prestare fideiussorem: scilicet quanti sua interssit prestitum non esse fideiussorem idoneuz. ⁊ ita loquitur tex. ⁊ glo. in dicta. l. si quis stipulatus. §. fi. sed ad nouum fideiussorem idoneum prestandum agere non potest creditor vt dicta. l. qui satisdare in fin. que etiam saltem vt aliquid dubij haberet intelligitur in eo qui ignoranter recepisse fideiussorem vt ibi etiam voluit gloss. fi. ibi dum implicatiue locuta dixit maxime si sciuit ⁊c. ⁊ hanc opinionem sequitur Barto. et Angel. in dicta. l. qui satisdare. et idem imo fortius tenet ibi Paulus de castro vt supra retuli. est verum quod quo ad hanc vltimam responsionem Joan. de Imo. in dicta. l. qui satisdare repugnat volens ꝙ ille qui ignoranter recepit fideiussorem non indoneũ facultatibus possit iterũ cogi, primeua actione ad prestandum fideiussorem argu. l. iul. §. j. ff. de verborum obligatio. vel si maluerit creditor possit agere ad interesse dicta. l. si quis stipulatus sit stichum. §. fin. ⁊ dicit ita tenere glossam in. d. l. si quis stipulatꝰ ẽt stichum. sed certe glo. ibi non dicit ꝙ possit agi ad prestandum nouum fideiussorem sed ad interesse ⁊ ad. l. iul. §. j. potest responderi qȯ ibi loquitur quando res debita erat perfecte soluta q̃tum ad ipsam rem sed cuz defectu alicuius iuris vt qꝛ non erat prestita cautio de euictione. nam tunc non est extincta actio prima secus quando aliquid debebam actione stricti iuris ⁊ illud qȯ debeo soluo deterioratum seu diminutum in se qꝛ tunc bene tollitur actio prima. sed agitur actione de dolo ad interesse si dolus intercessit vel actione in factum si dolus nõ intercessit. l. eleganter. §. non solum ⁊ ibi plene no. ff. de dolo. ⁊. l. exhibitionis. C. ad exhiben. ⁊ iste est casus noster. ⁊ pro opinione Bart. bene facit dicta. l. qui satisdare in fin. ad quam non respondet Joan. de imol. nisi enim illa. l. procederet etiam in ignoranter recipiente diceretur nullum dubium continere vt dictum est. Preterea illa materia de qua in. d. l. iul. §. j. ⁊ in dicta. l. exhibitionis est omnino in effectu diuersa a proposito nostro patet quia ĩproposito nostro si scienter recipio fideiussorem qui nõ est idoneus facultatibus mihi preiudico. d. §. abesse. et. d. l. qui satisdare. et. d. l. si is a quo. §. fi. scd̃m omnes ⁊ tamen secus est in materia dicte. l. iul. ⁊ dicte. l. exhibitionis: vt puta quando recipio rem mihi debitam quaz scio esse deterioratam. nam per hoc mihi non preiudico in re mihi debita iure actionis: vt no. in. l. in hac. ff. de tritica. ⁊ per Barto. in. l. qui stichũ. ff. de solutio. cum similibus. Deniqꝫ quo ad primaz responsionem supra in principio tractatam non repugnat opinio Joan. de imo. in dicta. l. q satisdare. Plus dico qȯ etiam si dictus. P. erat idoneus tempore quo prestitus fuit in fideiussorem dicto sempronio. et postea effectus fuerit non idoneus tamen liberatus fuit dictus titius ab obligatione de prestando fideiussorẽ nec tenet̃ iterum prestare alium fideiussorez: qꝛ vt verbo fertur dictus sempronius petijt dictum nouũ fideiussorem prestari per dictum titium tanq̃ obligatum ad prestãdum fideiussorem virtute contractꝰ ⁊ expresse obligationis ⁊ promissiõis de prestando dicto sempronio fideiussorẽ indemnitatis. ⁊ ꝙ sit liberatus probatur in. l. pupilli. §. soror. ff. de solutioni. in. l. si nomen. ff. de heredita. vel actio. vẽd. Nec obstat. l. si is a quo in fine cum. l. sequẽ. ff. vt lega. no. ca. ⁊. l. si ab arbitro. §. fin. ff. qui satisdare cogan. quia ibi loquitur quando quis non ex contractu erat obligatus ad prestandum fideiussorem: sed ex dispositione legis officio iudicis poterat cogi ad dandum fideiussorem: vnde tunc si dedit vnum qui postea effectus sit non soluendo superuenit equitas ex qua datur officiuz iudicis ad iterum prestãdum fideiussorem idoneum qꝛ mitius agitur cum eo qui tenetur ex dispositione. l. q̃ cum eo qui tenetur ex dispositione hominis. l. celsus in princi. ff. de arbi. ⁊ officium iudicis etiam presupponit obligationem. l. qui per collusionem. §. fi. ff. de actio. empt. de qua possit dici fuisse liberatum per primã prestationez fideiussoris illũ qui tenebatur satisdare: sed quando ex cõtractu tenebatur iure obligationis ad satisdandũ: vnde si tunc semel prestitit fideiussorem idoneum vel simpliciter receptuz: fuit liberatus dicta. l. quia satisdare vnde obligatio semel extincta non reuiuiscit ex causa superuenienti. l. qui res. §. aream. ff. de solu. ⁊ hec est cõmunis conclusio quam firmat Barto ⁊ alij post eum in dicta. l. eui satisdare in. fi. ⁊ Ange. et Moderni in. l. quot. ⁊ in. l. si ab arbitrio in fi. ff. qui satisdare cogan. ¶ Ex his

5 infertur decisio vtriusqꝫ dubij videlicet † an dictus titius potuerit legitime iurari suspectus: qꝛ respõdeo quod si iuratus est suspectꝰ pro illa obligatione. videlicet qꝛ tenebat̃ ex forma statuti dare fideiussorẽ dicto Sempronio de cõseruando eum indemnem ⁊ dico ꝙ non potuit iurari suspectus: qꝛ ab ea obligatione erat liberatus nisi dictꝰ Titius quando dedit dictũ. P. fideiussorem asseruerit eum esse soluendo cum non esset: vt dixi supra. Aut iurauit dictus Sempronius dictum titiũ suspectum pro obligatione ad interesse ex eo qꝛ non dedit fideiussorem idoneum: ⁊ tunc potuit ita demũ eũ iurare pro suspecto si probauit se probabiliter ignorasse ipsum non esse soluendo: vt etiam declaratum fuit supra. aut iurauit eũ suspectum ex eo: qꝛ dictus. P. fideiussor effectus sit non idoneus postq̃ prestitus fuit in fideiussorem dicto sempronio quasi essent dictus titius iterum obligatus ad prestandum aliũ fideiussorem idoneum. ⁊ non potuit iurari suspectus dictus titius: qꝛ erat liberatus: vt dixi supra. Si autem iurasset seius dictũ titiuz suspectũ pro alia obligatione puta qꝛ dictus Titius esset Seio obligatus actione mãdati ex eo ꝙ dictus Seius tanq̃ primꝰ fideiussor titij soluerit: ⁊ tũc si hoc appareret potuisset eum iurare suspectum si neqꝫ ipse titius neqꝫ dictꝰ. P. fideiussor possidebãt bona sufficiẽtia ⁊ bona fideiussoris computarentur etiam in bonis principalis: vt est text. no. in. l. si plures. §. Preterea. ⁊ ibi notant Docto. ff. de fideiusso. ⁊ no. in. l. mulier. C. de iure dotium. ⁊ traditur per Bal. in autẽ. sed hodie. C. de actio. ⁊ obliga Et similiter quo ad aliud dubium patet decisio ꝙ dictus Seius nõ potuit agere contra dictum titium: vt iterato caueret nisi probaretur dictum titium asseruisse creditori dictum. P. fideiussorem esse soluendo vt patet per predicta. Laus deo. Alexan.

¶ Summarium super consilio. xxxv.

1 ☞ Actio rei vendicatiõis ⁊ publiciane nõ possunt simul intentari.
2 Publiciana non datur contra titulo possidentem.
3 Actor dicitur confiteri illud ꝙ continetur in suis positionibus.
4 Titulus vt qꝛ emit a tali vt procuratore non est habilis ad acquisitionẽ dominij. 5.
6 Unus testis deponens ꝙ publice dicebatur non releuat ad probationem fame.
7 Qui semel possidit presumitur per decennium possedisse si ita allegat se possedisse.
8 Ex positione negata non potest quis se fundare.
9 Asserens se esse procuratorẽ non ostendens mandatum non presumitur esse in bona fide.
10 Receptio prescriptionis prodest ad intentum.
11 Presens per verba dubia intelligitur respondisse secundũ contenta in positionibus.
12 Probata prescriptiõe. x. annorũ cũ possessione continuata est probata legitima prescriptio cum titulo habili ad prescribendum.
13 Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.

¶ Consilium. xxxv.

¶ In materia rei vendicationis ⁊ publiciane.

Domini redẽptoris nostri inuocato suffragio. consyderatis his que agitata sunt in causa et lite vertente inter ser Antoniũ mengoli de lazaris ex parte vna agentẽ ⁊ Baptistã quondam Frãcisci a sale ex altera se defendẽtem mediãtibus vtriusqꝫ partis intercessoribꝰ reiectis superfluis sentio partes domini iudicãtis esse in absoluẽdũ dictũ Baptistã a petiti presertim ex infrascriptis. Et in primis videtur qȯ actor succũbere debeat ea ratione qꝛ non probauit fundamẽtum intentionis sue iuxta. l. qui accusare. C. de edendo ⁊ capit. vnico vt ecclesiastica bñficia: nam

1 † actor intentauit rei vendicationem ⁊ publicianam simul secundum ea que habent̃ in capi. abbate sane de re iudica. in. vj. et not. in. §. alie. institut. de actioni. ⁊ in. c. ij. de libelli oblatiõe ⁊ in lege. j. per doctores. ff. de publicia. cum simi. et quo ad publicianam constat dictum ser Antoniũ pro ea dimidia pro qua agit obtinere non posse quia in ea habet dictus Antonius titulum emptiõis saltem de petijs terrarũ de quibus actor producit titulum acquisitionis ipsius actoris et publiciana

2 † non dat̃ cõtra titulo possidentem. l. siue autem. si duobus. ff. de publici. Quod aũt dictꝰ Baptista habeat titulũ ptꝫ ex positiõibus ipiꝰ actoris vbi

ris vbi de sex petijs terrarum comprehensis vt dicitur in titulo acquisi
tionis ipsiusmet actoris fatetur quod empte fuerunt per franciscum pa
trem dicti Baptiste ab ostaxio fratre dicti actoris ⁊ a dicta Catherina
matre eiusdē actoris ⁊ presupponitur probatum esse quod dictus Ba-
ptista est insolidū heres dicti Francisci patris sui mediāte persona fra-
3 trum ipsius Baptiste premortuorum ⁊ clarū est quod actor† dicit con
fiteri illud ꝙ continetur in dictis suis ꝓpositionibus.c.fi.de iureiur.lib.
vj.not.glo.in cle.j.§.porro in verbo positionem de summa trinita.et fi
de catho.quo ad alias vero petias terre petitas in libello ⁊ non conten
tas in dictis positionibus actoris continentibus titulum emptionis
dicti Francisci non est etiam probatus aliquis titulus parans publicia
nam dicto actori ergo in publiciana obtinere non potest actor etiā mul
tominus obtinebit in reivendicatiōe quo ad illas de quibus actor nul
lum probat se habere titulū habilem ad acquisitionē dominij iuxta.l.in
rē in princ.ff.de rei vendi. ¶ Alia ratione etiam nō potest in rei vendi-
catiōe nec publiciana obtinere actor etiam quo ad petias terre de qui-
bus dicit se habere titulum emptionis a ser nānem de tizonis vt procu
4 ratore Magnifici domini opizonis de polenta q̄r† per talem titulum
non causatur titulus habilis ad acquisitionem dominij vel ad vsucapio
nem seu publicianā nisi ostendatur de mādato ipsius ser nannis adeo
quod nec ex longitudine temporis mandatum tale presumitur alijs nō
concurrentibus.l.fi.ff.pro emp.l.qui cum alio.ff.de regulis iuris nota.
Barto.in.l.cum vir in vltima colum.ff.de vsucap.⁊ in.l.qui fundum.§.
procurator.ff.pro empt.et notabiliter declarat Bald.in.l.prima.C.de
rebus alie.nō alienan. ¶ Alia ratione etiam non potest obtinere actor
in rei vendicatione etiam quo ad dictas petias terrarum quas emit a
dicto ser nanne tanquam procuratore dicti domini opizonis quia posi-
to quod etiam appareret de mādato dicti ser nannis tamen oportebat
5 †probare de dominio dicti domini opizonis vt plene legitur ⁊ notatur
in.l.cum res.C.de probat.⁊ in.l.rem alienam.ff.de pignorat.act.cum si-
mi.vel saltem probare de legitima prescriptione dicti actoris iuxta ea
que habent̄ in.l.traditionibus.C.de pactis.⁊ que no.in aut̄.nisi tricen-
nalis.C.de bonis mater.sed de tali dominio dn̄i opizonis de polenta
non est probatū nec de prescriptiōe Antonij ⁊ licet aliqui testes vt Frā
ciscus nouellinus ⁊ Joānes de la clara ⁊ Bartholome⁹ de canallis de
ponant ꝙ audiuerunt dictas terras fuisse dominorum de polenta ⁊ qd̄
dicti domini donauerūt dictis ostasio ⁊ Antonio:tamē hoc non probat
aliquod dominiū illorum de polēta nec dictā donationem. q̄r deponūt
de auditu ab alio.l.testium.C.de testi.c.tum literis.de testi.tū etiam qa
non dicunt testes quod iste petie terre fuerunt illi⁹ domini Opizonis
de polenta a quo seu a dicto ser nāne nomine dicti domini opizonis
emerunt dicti ostasius ⁊ Antonius.sed dicunt quod audiuerunt fuisse
dominorum de polenta et sic plurium.vnde ista probatio non concludit
velut incerta.l.si quis seruū.§.si inter ⁊ quod ibi not.ff.de leg.ij.l.pōpo.
scribit̄ si frumentū.§.fina.ff.de rei vendica.c.in presentia.de proba.nec
dicatur ꝙ isti testes probent publicam vocem ⁊ famā:ita fuisse vel esse
quia respondeo ꝙ per duos testes contestes non est probatū legitime
de publica voce ⁊ fama.nā licet de hoc aliqd̄ deponat dictus Bartho-
lomeus de canallis quo ad vnā petiam terre tamen est vnicus ⁊ singu-
laris ⁊ sic nō sufficit.l.iurisiurād.C.de testi.c.in omni de testi.⁊ licet quidā
6 ex alijs testibus dicat ꝙ publice dicebatur:tamen hoc† non releuat ad
probationem fame quia vnus solus potuisset publice dicere vt per
Barto.in.l.de minore.§.si plurium.ff.de questio.et in.l.iij.§.eius.ff.de
testi.⁊ in.l.labeo.ff.de sup.lega.⁊ Bald.in addi.specu.in titu.de senten-
tia in.xxiij.col.⁊ Ange.in.l.iij.ff.ad macedo.⁊ Jo.de Jmo.in.l.heredes
palā in princi.ff.de testa.vbi dicit quod ita communiter tenetur.⁊ not.
etiam ipse in capitulo cū oporteat de accusa.Preterea fama non suffi
cit ad plenā probationem vt nota.in dicta.l.tertia.§.eius.ff.de testi.et
in dicto.§.si plurium cum suis concordātijs ⁊ quamuis aliqui testes vt
Joannes de la clare ⁊ morellus ⁊ Bartholomeus de canallis videant̄
aliqd̄ deponere quo ad aliquas ex dictis petijs terre de possessione An
7 tonij:tamen nō† deponunt saltem concorditer de possessione vnius et
eiusdē tēporis limitati:⁊ requisiti ad prescriptionem complendā ac de
initio ipsius temporis possessionis Antonij iuxta.l.penulti.et fin.C.de
prescrip.longi temporis ⁊ iuxta practicā traditā per Bartho.in.l.celsus
ad fi.ff.de vsucap.⁊ per Bal.in.l.fi.in.xv.oppo.C.de edic.diui adri.⁊ per
doc.in.l.licet causam de proba.⁊ sic non iuuat si diceretur quod qui se-
mel possedit presumit̄ saltem decennio possedisse si ita allegat se posse-
disse iuxta.not.in.l.j.C.de seruis fugi.et in.l.si de eodem.§.si forte cum
fi.ff.de acquiren.pos.quia etiam in processu ista non sunt allegata nec
deducta:vt oportet.l.si adulteriū cum incestu.§.idē pollioni.ff.de adul
te.⁊ no.in cle.appellanti de appel.imo est deductum potius contrariū
quia actor in positionibus deducit quod dicte terre fuerunt possesse
per quinq̄ annos per dictos Ostasium ⁊ Antonium post dictā emptio
nem factā a dicto ser Nanne.⁊ quod postea vendite fuerunt dicto Frā
cisco.⁊ est etiam aduertendū quod in probatiōe possessionis dicti An
tonij per testes non debent attendi testes probantes de possessione
ostasij quia licet alias sufficiat vnum ex pluribus fratribus familiariter
habitantibus possidere vt sic videantur omnes heredes possidere per
illum qui iure familiaritatis videtur possedisse nomine omnium lege
qui iure familiaritatis.ff.de acquiren.pos.cum ibi not.per doct.⁊ in.l.
habet.§.hospites.ff.de preca.⁊ quod notabiliter traditur per Ang.in
l.assiduis.C.qui potio.in pigno.hab.tamē hoc dicere nō potest in pro-
posito dictus Antonius quia respondendo tertie positioni cū sequen-
ti producte per reum negauit dictum Ostasium fecisse et administrasse
8 bona cōmunia de voluntate ipsius Antonij ⁊ sic† non potest se funda-
re ex positione negata.l.pap.§.meminisse.ff.de inoffic.testa.c.ex eo de re
gu.iur.in.vj.et not.Specu.in titu.de positio.§.octauo versicu.sed scd̄m
premissa.⁊ Bart.in.l.non vtiq̄.ff.de confes.⁊ in.l.post legatum in prin-
cip.ff.de his quibus vt indi.⁊ in.l.naturaliter.§.nihil cōmune in.vj.co-
lum.ff.de acquiren.pos.cum si. ¶ Preterea respondeo quod† non suf-
ficiebat decennium dicto Antonio ad prescribendum eo q̄r emit a di-
cto ser Nanne qui asseruit se esse procuratorē dicti domini opizonis et
tamen non apparet quod mandatum ostenderit Antonio aut ꝙ aliter
habuerit Antonius iustā causam credendi illum esse procuratorē ideo
non presumitur fuisse in bona fide dicta.l.fina.cum glo.ff.pro emp.⁊ ibi
Bartol.cum concordantijs supra allegatis ⁊ per consequens non esset
satis retinuisse possessionem animo per decem annos imo nullo tempo
re prescribere potuisset.c.fi.de prescript.⁊.c.ij.de reg.iur.⁊ tanto magis
quia non apparet de continuata possessione per tempus annorum tri-
ginta quia spatio minoris temporis nō prescribit vllo iure ille qui non
habet legitimum titulum cum bona fide:scilicet verum vel saltem pu-
tatiuum vt plene traditur in dicta.l.celsus.⁊ in.c.si diligēti de prescript.
in antiquis ⁊ in.c.j.eod.titu.lib.vj. ¶ Plures etiam sunt petie terre pe
tite in libello de quibus in dicto instrumento emptionis a dicto ser Nā
ne nulla fit mentio ⁊ sic in eis non apparet dictum Antonium aliquem
titulum habere quinimo dictus Baptista etiam habet vltra predicta
alium titulum emptionis.xl.tornaturarum ex petia terre centum sexa
ginta tornaturarum de qua in libello vt mihi presupponitur. ¶ Et quā
10 uis ista† proculdubio sufficerent ad victoriam Baptiste tamen adhuc
alia ratione iuuari ⁊ defendi potest Antonius videlʒ per exceptionem
prescriptionis oppositam:attento quod probatur Franciscum patrem
suum emisse a dicto Ostasio ⁊ a dicta domina Catherina vt in positio-
nibus actoris continetur ⁊ probatur per testes qd̄ Franciscus possedit
tempore sue vite ⁊ post eius mortem eius filij quorum personam repre
sentat dictus baptista heres in effectu dicti Francisci.⁊ constat ꝙ a tem
pore quo cepit franciscus possidere lapsum est tempus nedum longum
x.vel.xx.annorum.sed etiam vltra patet q̄r actor respōdendo prime po
sitioni baptiste cōtinenti quod frāciscus decessit iam sunt anni.xxvij.
⁊ vltra superstitibus certis filijs respondet per hec verba credit deces-
sisse superstitibus duobus filijs ⁊ licet non dicat de tempore in respon-
11 sione et sic in hoc responsio sua non videatur† clara prima facie:tamen
veritas est qd̄ videtur respondisse de tempore contento in positione ꝑ
not.per Bartol.in.l.si quis intentione ambigua ad fin.ff.de iudi.et ibi
etiā Bald.⁊ Bald.in.l.j.in pe.colum.C.de edi.actio.facit.l.si defensor.
§.j.ff.de interro.actio.et.§.preterea institu.de inuti.stipula.et etiam vl-
tra probationem emptionis facte ꝑ Franciscū resultantem ex positio
nibus actoris apparet etiam alio modo esse d̄ emptiōe francisci taliter
probatum quod sufficere debet dicto baptista ad prescriptionē suā de
cem annorum q̄r videtur esse probatum per testes quod fama erat tem
pore mortis Frācisci quod ipse emerat istas terras a dicto Ostasio ⁊ do
mina Catherina et postea dicti filij et heredes Frācisci ꝯtinuauerunt in
12 possessione ꝑdicta.nam istis sic probatis probatum† est de legitima pre
scriptione decem annorū causata a titulo putatiuo habili ad ꝑscribēdū
ita decidit Bartol.⁊ alij in.l.celsus.ff.de vsuca.et in.l.at qui natura.§.
cum me absente.ff.de nego.gesti.et in.l.proprietatis.C.de probatio.et
Bal.in.l.indicia.C.de rei vendi.⁊ Ang.in.l.super longi.C.de prescript.
longi temporis.et Anto.de but.in.c.si diligenti.de prescrip.quod antē
ista sint probata per testes dicti Baptiste apparet saltem ex depositiōe
morelli et magistri Andree et Baptiste rauli testium dicti Baptiste et
ex dispositione ser Jacob.ab ouis testis producti pro parte actoris.
¶ Postremo est aduertendumq̄ ex alio capite etiā cōstat euidenter di
ctum Antoniū non posse obtinere:quia domina Catherina vendidit
dicto Francisco dictas petias terre de quibus in instrumēto emptiōis
facte ꝑ ostasium ⁊ Antonium a dicto ser Nanne:⁊ ꝓmisit et se obliga-
uit dicta domina Catherina insolidum ad defensionem dictarum rerū
venditarum obligando se in casu euictionis prout in instrumento con-
tinetur ⁊ constat dictum Antonium esse filium dicte domine Catherie
defuncte:vt ipse Antonius fatetur respōdēdo positionibus Baptiste
est etiam heres antonius dicte domine catherine:vt statim dicam:ergo
non potest vendicare dictas res ꝓ quibus de euictione tenetur.l.vendi
13 cantē.ff.de euictio.l.cū a matre.C.de reivē.ꝙ† autem sit heres domine
catherine patet per duo instrumenta venditionum factarum per eum
tanq̄ filium ⁊ heredem dicte sue matris.per hoc enim probat̄ eū esse he
redē tam quo ad alias personas q̄ quo ad eas cū quibus ita cōtraxit.l.
fi.cū ibi no.ff.de interroga.acti.⁊ plene declarat Bar.ff.de acqui.here.
in.l.gerit maxime circa quartā colum.in versic.circa scd̄m scilicet quali-
ter probet̄ per verba enunciatiua ⁊c.cum ſſi.seq.et ꝑ Bal.in.l.potuit in
vj.q.C.de iure deliberan.

¶ Summarium super consi.xxxvj.

1 ☞ Legatum cum nuberet debetur nuptijs contractis.

2 Per substitutionem pupillarẽ omnia bona vadũt ad substitutos pupillariter.
3 Legitima quomodo intelligatur in casu proposito.
4 Pater non transmittit ius substitutionis ante conditionis euẽtum in filium.
5 In trebellianica computantur fructus percepti.
6 Dos debita filiabus ex dispositione statuti ꝑpter masculos antea deducitur ⁊ postea legitima cõstituatur masculis.
7 In casu proposito quomodo debeat fieri diuisio bonorum. 8.

¶ Consilium. xxxvj.

¶ De quibusdã deductionibus fiendis rõne legitime et trebellianice.

Domini redẽptoris nostri inuocato suffragio. ꝯsyderatis narratis ĩ themate. ⁊ sic paucis mihi transmissis: qꝛ de multis queritur. ⁊ res ĩpa multas difficiles intricationes habet lisq́ʒ est de paupere regno: respõdere conabor cõclusiue. Unde primo dũ querit̃ an dicte Marie vltra dotes sibi relictas obueniat aliqua portio in bonis dicti Joãnis ꝑmi testatoris ex persona dicte Lucie. ⁊ qꝛ verbo fert̃ ꝙ illa decessit nõ nupta ⁊ impubes ideo dico nihil deberi marie ex persona dicte Lu‑ 1 cie: qꝛ dictus Joãnes dicte Lucie † reliqͭ libras. xxxv. quas dari voluit cũ nuberet. ⁊ sic relictũ fuit conditionale adeo ꝙ non debebat̃ nisi cõtractis nuptijs. l. titio centũ. §. titio genero cũ ibi plene notatis: maxie per Bar. iuncta. l. quibus diebus. §. quidã titio. ff. de cõdi. ⁊ demon. nec põt dici ꝙ conditio predicta rejciatur iuxta. l. quoniã in prioribus. ⁊. l. scimus. §. cũ autem. C. de inoffi. testa. qꝛ stante reformatione que excludit dictas feminas propter existentiã masculorũ ab omni legitima ⁊ mandat eis de dote prouideri si non sint dotate sequit̃ ꝙ cuʒ dicta conditio matrimonij non fuerit impleta per dictam Luciam nihil de illo relicto vel aliquo alio in bonis dicti Joãnis transmisit ad heredes suos. l. vnica. §. sin autẽ aliquid sub cõditione. C. de cadu. tol. si ita legatum. §. illi si volet. de leg. j. iunctis no. per Bar. in. d. §. titio genero cum suis concor‑ 2 dãtijs. ¶ Similiter † dum queritur an dicte Marie aliquid obueniat ex persona dicti Christophori. ⁊ respondeo ꝙ nõ: qꝛ presupponit̃ quod Christophorus decessit impubes: vnde cuʒ fuerit sibi facta substitutio pupillaris per dictũ Joãnem auum paternũ omnia bona eius vadunt ad substitutos pupillariter. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vul. et pup. l. pap. §. sed nec impuberis. ff. de inof. testa. c. si pater in fi. de test. in vj. qui quidem substituti fuerunt fuscus Andreas petrus et Jacobus equaliter vt infra dicã. ¶ Dum autem queritur an dicte Marie obuenerit aliquid de portiõe dicti Fusci fratris sui presupponẽdo ꝙ decesserit post pupillarem etatẽ abintestato ⁊ sine liberis respondeo qȏ ipsi Marie tanq̃ primiori in gradu obuenire debet abintestato successio dicti Fusci fratris sui in aut̃. de here. abintest. §. si igitur defunctꝰ: ⁊ ipsa Maria poterit deducere de dicte portiõe Fusci fratris sui primo legitimam debitam Fusco in bonis dicti Joãnis in qua nõ potuit fieri sibi substitutio fideicõmissaria. d. l. quoniã in prioribus. ⁊ no. in. l. ex tribus 3 eo. tit. cũ si. Quanta † autẽ fuerit legitima debita dicto Fusco et alijs nepotibꝰ dicti testatoris dico ꝙ q̃uis essent quinq́ʒ nepotes. s. duo ex vno filio premortuo ⁊ tres ex alio filio premortuo tamen legitima omnium non erat nisi tertia omniũ bonorum Joannis cũ succedere deberẽt de iure in stirpes: ita deducitur per id quod habetur in. l. pap. §. quoniam autẽ quarta in fi. ff. de inof. testamẽ. ⁊ ibi ponderat Bal. et decidit idem Saly. in aut̃. nouissima in. vj. q. C. de inoffi. test. vbi pro hoc allega. text. in. §. neq́ʒ illo in auten. de trien. ⁊ semis. Et ideo diuidẽdo hereditatem dicti Joannis in. xij. vncias pront de iure diuiditur quatuor vncie que sunt tertia pars erant legitima dictorum omnium nepotum quarũ quatuor vnciarum due debebantur Christophoro ⁊ dicto Fusco eiꝰ fratri ⁊ due alie debebantur Petro Jacobo ⁊ Andree fratribus ac nepotibus dicti testatoris per ea que habentur in. d. §. cum autem quarta. ⁊ ibi nota. per Bald. ⁊ per Saly. in. d. auten. nouissima in. vj. col. ⁊ per cõsequẽs ĩtegra portio legitime dicti Fusci secũdi erat vna vncia idest vna duodecima pars bonorum dicti Joannis posset etiam dicta Maria tanquã heres dicti fratris sui vltra dictam legitimam. i. vltra duodecimã partẽ bonoruʒ Joannis deducere trebellianicã idest quartã residui totiꝰ portionis que ex testõ Joannis obuenerat dicto Fusco qui fuerat institutus in quinta parte totius hereditatis Joãnis: vt ostẽdit illud verbuʒ equaliter posituʒ in testamento Joannis. l. interdũ in prin. ff. de hered. insti. ⁊ ꝙ posset deducere dicta Maria etiaʒ dictam quartam partẽ patet qꝛ heres alicuius grauati per fideicõmissum restituere potest dictaʒ trebellianicaʒ deducere de fideicommisso conditionali etiã vltra legitimam ipsius grauati. c. Raynutius. ⁊. c. Raynaldus. de testa. ⁊ plene no. in. l. quãq̃ cum si. C. ad legem fal. Computari tamen deberent in dictam quartã trebellianicam pro rata fructus percepti per dictuʒ Fuscum de bonis que veniunt restituenda per fideicommissum Jacobo sibi substituto: attento qȏ dictus Fuscus secundus non erat de liberis primi gradus dicti Joannis: quia non erat filius sed nepos Joannis. Ista ꝓbãtur in. l. iubemus. C. ad trebellianum ⁊ in. l. in fideicommissaria in princi. ⁊ ibi plene not. ff. eodem. titu. ¶ Poterit etiam dicta Maria deducere trebellianicam de eo ꝙ obuenisset dicto Fusco fratri suo ex portione Christophori qui decessit in pupillari etate ⁊ eidẽ Christophoro ex substitutiõe pupillari successerũt dicti Fuscus Andreas petrus ⁊ Jacobus equaliter sicut equaliter fuerãt instituti. l. j. C. de impube. ⁊ alijs substi. cũ ibi not. per Bald. ⁊ per Barto. in. l. lucius in vltima. q. ff. de vul. ⁊ pup. ⁊ Bal. in. l. iã hoc iure ad fi. ⁊ in. l. coheredi. §. quis discretas. ff. de vul. ⁊ pup. ⁊ sic quarta pars portionis dicti Christophori q fuerat pro quinta parte heres Joannis peruenit ad dictum Fuscum ex substitutione pupillari: ⁊ dato quod ꝑpter illã quartã partẽ portiõis dicti Christophori obuentã Fusco ex substitutione pupillari intelligat̃ grauatus Fuscus restituere per fideicõmissum dicto Jacobo substituto ⁊ supersistit post mortẽ dicti Fusci decedẽtis post pupillarem etatem sine liberis per nota. per Barto. et docto. in. l. ita tamẽ. §. qui suspectam. ff. ad trebel. cum suis cõcordãtijs: tamen de dicta quarta parte portionis dicti Christophori obuenta immediate Fusco ex persona sua substituto dicto Christohoro. ⁊ restituenda dicto Jacobo ⁊ loco eius dictis clare et martine ⁊ dominice heredibus dicti Jacobi per dictam Mariam vt heredẽ Fusci debet deduci per eam quarta trebellianica et similiter potest per dictam Mariam deduci tertia pars legitime debite dicto Petro in bonis dicti Jo. in qua legitima nõ potuit substitui per fideicommissum a dicto Joãne per. d. l. quoniã in prioribus et que legitima Petri erat tertia pars duarũ vnciarum ex. xij. vncijs hereditatis dicti Jo. erãt enim tres fratres scilicet Jacobus Petrus ⁊ Andreas nepotes dicti Joan. ex primo Fusco premortuo quibus tribus fratribus debebant̃ pro legitima due vncie id est dimidia tertie partis totiꝰ substãtie aut iuxta. d. autẽ. nouissima cũ ibi no. per Salyce. ⁊ dixi. s. ⁊ per consequens tertia pars dictarũ duarum vnciarum erat legitima Petri de qua legitima Petro debita debet deducere tertiam partem Maria tãquã heres Fusci fratris sui qui fuit institutus heres pro tertia parte a dicto Petro quã tertiam partem legitime dicti petri non tenetur dicta Maria heres dicti Fusci restituere dicto zanino nec heredibꝰ dicti Jacobi q̃uis dictus zaninus Jacobus ⁊ Fuscus fuerint a dicto Petro instituti ⁊ adinuicem substituti: qꝛ dico ꝙ talis substitutio reciproca non comprehendebat nisi vulgarem. l. iaʒ hoc iure. ff. de vulga. ⁊ pupil. si per dictum Fuscum fuit expresse vel tacite adita hereditas dicti petri expirauit illa substitutio. l. si post aditam. C. de impube. ⁊ alijs substi. ¶ Item potest per dictã Mariã heredem dicti Fusci deduci trebellianica id est quarta eorum ꝙ vltra dictam portionem legitime dicti Petri peruenit ad dictam Fuscum ex bonis dicti Jo. mediante persona dicti Petri. Istã ex persona dicti Petri peruenit vltra dictã portionẽ legitime Petri ad dictũ Fuscum ꝓ tertia parte hereditatis Petri vna tertia pars quarte partis totiꝰ portiõis dicti Christophori cui ex substitutione pupillari successit pro quarta parte dictus Petrus vt dixi. s. vbi etiam declaraui ꝙ dictus Christophorus erat heres Jo. testatoris pro vna quinta parte. Et dictã trebellianicam id est dictã quartã partem potest deducere dicta Maria vt heres Fusci: eo qꝛ maria per fideicommissum necesse habet restituere clare ⁊ martine ac dominice heredibus dicti Jacobi substituti fusco ꝓfato omnia iura que ex portione dicti christophori peruenerunt ad dictũ petrum ⁊ ex persona dicti Petri in dictum Fuscum per ea que not. per Barto. in. d. l. ita tamen. §. qui suspectã. ⁊ in. l. marcellus. §. quidã liberis. ⁊ in. l. sceuola. ff. ad trebel. Et nihil habet dicta maria transferre de hoc in dictum zaninum: qꝛ zaninus non fuit vocatus in substitutione facta christohoro ⁊ alijs institutis per dictum Joannẽ ⁊ pater dicti zanini decedẽtis ante euentũ substitutionis cõditionalis non transmisit ius substitutionis ad heredem suum vt. j. dicam. ¶ Potest etiam per dictam Mariam deduci quarta trebellianica de illa parte que est vltra legitimã dicti petri ⁊ vltra id qȏ ad dictum Petrum spectauit ex substitutione facta dicto Christophoro peruenit de bonis dicti Jo. testãtis ad dictum Fuscum ex substitutione facta dicto Petro ad cuius quidem Petri substitutionẽ factam in testamẽto Joãnis fuit in effectu per fideicõmissum vocatꝰ dictꝰ Fuscus pro vna dimidia ⁊ pro alia dimidia dictus Jacobus. qꝛ ex nominatis in substitutione facta per Joannem non supererant nisi dictus Fuscus ⁊ dictus Jacobus tempore mortis dicti Petri. nam zannes pre‑ 4 dictus nõ fuerat nominatus in substitutiõe facta † per dictũ Joãnem sed pater eius. scilicet Andreas fuerat nominatꝰ in dicta substitutione ⁊ predecesserat dictus Andreas antequã eueniret casus substitutiõis in persona Petri ideo non trãsmisit Andreas ius substitutiõis ad dictum zannem. l. qui liberis. §. hec verba. ⁊. l. sed si plures in princi. ⁊. l. qui plures. ff. de vulga. ⁊ pupil. l. si ex pluribus. ff. de suis ⁊ legit. ⁊ ideo põt detrahere Maria dictam quartam trebellianicam de eo quod vltimo dixi id est de eo qȏ ad Fuscũ peruenit ex substitutione facta Petro ad quã venit pro dimidia dictus Fuscus eo qꝛ excepta legitima dicti Petri tenet̃ Maria vt heres Fusci restituere dictis clare Martine ⁊ dñice heredibꝰ dicti Jacobi restituere per fideicõmissum illud ꝙ ad dictũ Fuscum peruenit ex dicta substitutione facta dicto Petro per notata in dicto. §. quidam liberis per Bar. ⁊ alio iuncta. l. cogi. §. idẽ metianus ff. ad treb. ⁊ supra dixi de portiõe dictis Petri: veniet tamẽ ante oĩa deducẽdũ per dictam dominicam eius filiã illud ꝙ in vltimo dubio dicã. 5 ¶ Tamẽ † in casibꝰ in quibus dixi quartam trebellianicã posse detrahi per dictã Mariã de his que ipsa debet restituere per fideicommissum tanq̃ heres Fusci dico semper esse intelligẽdum nisi per dictũ Fuscum

vel per

vel per dictam Mariam ex ipsis bonis restituendis fuissent percepti tot fructus qui ascenderent ad dictam trebellianicam per id quod habetur in.d.l.in fideicommissaria in princip.cum ibi no. ¶ Potest etiam dicta

6 †Maria petere dictum relictum librarum.xxxv.cum nupserit prout in testamento dicti Joannis sui aui continetur que libre.xxxv.succedunt loco sue legitime.l.quoniam nouella.C.de inoffic.testa.⁊ deduci poterunt quasi quoddam es alienum dicte libre.xxxv.anteꝙ habeatur ratio legitime debite dictis nepotib⁹ institutis a dicto Joanne ⁊ granatis per fideicommissum reciproce:vt probatur in.l.papi.§.vnde siquis cum glo. quam ad hoc ibi ponderat.Bal.⁊ Ange.ff.de inoffi.testa.⁊ Ang.⁊ Jo. de imo.in.l.plane.§.si duobus.ff.de leg.primo vbi volunt ꝙ dicta dos debita ex dispositione statuti filiabus vel nepotibus exclusis a statuto propter masculos antea deducatur ⁊ postea legitima constituatur masculis pro numero masculorum tantum in residuo bonorum.⁊ si tale relictum librarum.xxxv.primo deducatur de bonis ⁊ hereditate quam fiat diuisio quam dixi in superioribus articulis non erit oportunum discutere: an dicta maria debeat pro rata hereditatis que ad euz perueniet ex psona dicti Fusci vel alterius contribuere ad dictum relictum iuxta.l.ij.C. ad treb.cum si.nam facta prius deductione dictarum librarum.xxxv.tā minor portio bonorum ⁊ hereditatis perueniet postea ad Mariam

7 ex persona Fusci ⁊ aliorum.⁊ sic residet in idem. ¶ Circa aliud †dubium quo queritur quantum ex dictis bonis debeatur dictis clare.⁊ Martine sororibus vltra earuz dotes ex persona dicti Jacobi earum fratris et similiter quātuz obueniat dicte Dominice ex persona dicti Jacobi ei⁹ patrui. Respondeo ꝙ clara Martina ⁊ Dominica sunt heredes dicti Jacobi scilicet quelibet pro tertia:vt in aucten.cessante.C.de legi.here. ⁊ ideo petere ⁊ consequi possunt totam partem Jacobi id est quintā partem in qua fuit institutus a dicto Joanne facta tamen deductione prius eorum que relicta fuerūt pro dotibus dictis Marie clare ⁊ Martine p ea que dixi supra. Item petere poterunt dicte Clara Martina ⁊ Dominica ex persona Jacobi omne id qđ obuenerat Jacobo ex portiōe Christophori vigore substitutionis pupillaris facte Christophoro:cui quidē Jacobo de quinta parte in qua fuit institutus Christophorus obuenit quarta portio:vt dixi in superioribus. Similiter petere poterunt dicte Clara Martina ⁊ Dominica tertiam partez legitime debite dicto Petro in qua potuit dictus Petrus testari ⁊ instituere dictum Jacobum pro tertia parte vt fecit non obstante substitutione sibi facta per dictam l.quoniam in prioribus.⁊ que legitima dicti Petri erat tertia pars duarum vnciarum.ex.xij.vncijs totius hereditatis Joannis vt dixi supra. ⁊ etiam petere possūt dicte Clara Martina ⁊ Dominica tertiā partem alterius quarte partis totius portionis dicti Christophori cui ex substitutione pupillari successerat pro quarta parte dictus Petrus:quā quidem tertiam partez dicte alterius quarte partis totius portionis Christophori petere possunt dicte tres mulieres tāꝙ heredes dicti Jacobi heredis dicti Petri pro tertia parte ex testamento ipsius Petri. Itez possunt petere dicte tres mulieres equis portionibus dimidiā omniū que ex bonis dicti Joannis peruenerūt ad dictum Petrum vltra dictā ratam legitime Petri ⁊ vltra dictam ratā portionis Christophori obuē tam dicto Petro.⁊ hoc ideo quia in dicta dimidia fuit cuz effectu dict⁹ Jacobus substitutus dicto Petro ⁊ pro alia dimidia dictus Fuscus vt supra probaui excepta trebellianica deducēda per dictam Mariā prout

8 in precedentibus declaraui. ¶ Quo ad vltimum †dubium quo queritur an dicta dominica aliquid petere possit ex persona dicte Romane sue sororis predefuncte dico ꝙ attento ꝙ petrus decessit sine filijs masculis ⁊ superstitibus solū dictis Dominica ⁊ Romana filiabus suis nō sum⁹ in casu dicti statuti.⁊ ideo filie ꝑdicte non potuerūt priuari in parte nec in totum legitima eis debita in bonis dicti Petri ⁊ omnis conditio apposita in relicto eis facto per.d.l.quoniam in prioribus.⁊ ideo si Dominica pro legitima suaꝛ sororis sue mortue est contenta dicto relicto librarum.xxxv.pro qualibet computabitur in legitima dictum relictuz.l.etiā §.penul.et si.ff.de bo.lib.⁊.d.l.quoniā nouella.⁊ pars relicta dicte Romagne pertinebit ad eius sororem superstitem eius heredez vt declarat Saly.in.l.scimus in princ.C.de inoffic.testa.per illum tex.⁊ per.d.l.quoniam in prioribus.si autem dictum relictum libraruz.xxxv.pro qualibet non sufficeret ad legitimā vtriusꝗ posset dicta dominica petere supplementum legitime debite sibi et dicte romagne sorori ꝑdefuncte.l.omnimodo.C.de inoffi.testa.⁊ dicta legitima dictarum dominice ⁊ romagne erit tertia eius de quo testari potuit dictus petrus.testari enim ipse potuit de sua propria legitima quam dixi supra esse tertiam partem duarū vnciarum ex.xij.vncijs totius hereditatis Joannis.potuit etiam testari dictus petrus de sua quarta trebellianica detrahenda de residuo bonorum dicti Joannis que ad eum vltra dictam suam legitimaz peruenerāt ex sua institutione facta in testamēto Joānis ⁊ ex substitutione pupillari facta christophoro cui vigore dicte substitutionis pupillaris successit p vna quarta omnium bonoruz dicti christophori:in quam tamen quartā trebellianicam cōputarentur dicto Petro fructus per eum percepti ex dicto residuo bonorum dicti Joannis ad ipsum Petrum prouētorū vltra legitimā ipsius Petri per.d.l.in fideicōmissaria prout dixi supra. de istis ergo de quibus vt dixi testari potuit dictus petrus debita fuit ⁊ est tertia portio dicte dominice pro legitima sua:⁊ romagne sue sororis. ¶ Et quia non sum informatus de viribus et valore hereditatis et qui aut quot fructus percepti fuerint per dictum fuscum aut dictaz Mariā ⁊ per dictum petrum non possum facere sigillatim calculum ⁊ reducere omnes dictas declarationes ad certam et limitatam summam. Sed habeat informatio veri valoris dicte hereditatis ⁊ dictorū bonorū ⁊ similiter dictorum fructuum perceptorū per illos qui habent detrahere trebellianicā ex persona sua vel eorū quorū sunt heredes vt supra deduxi ⁊ ex decisionibus in iure superius relatis poterit diligens calculator in facto reducere dictas deductiones ad certam ⁊ limitataz summā ⁊ ratam prout habita vera instructione facti colligitur ex predictis.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio.xxxvij.

1 ☞ Varijs modis dicitur quis pauper.
2 Ubi difficilis est probatio a maioribus accidentibus tūc lex cōtenta est leuioribus probationibus.

¶ Consilium.xxxvij.

¶ De modo probandi paupertatem.

Consultus sum an per testes quatuor vltimo loco receptos pro parte egregij in iure scholaris domini antonij sala de maiorica sit paupertas eius legitime probata quorum testium nomina sunt hec.antonius filius pontij de maiorica domin⁹ Raynaldus de sancta cecilia dominus guilielmus de maiorica presbyter et dominus Hieronymus de valentia. et sentio quod sic. ¶ Ad

1 quod ostendendum presuppono † quod licet varijs modis discernatur an quis sit pauper vel non temen quo ad propositum nostrum inter ceteros modos discernendi paupertatem est quod attendatur qualitas facti seu negocij ad quod quis vocatur quia si propter defectum bonoruz ⁊ facultatum impeditur posse negocium de quo tractatur perficere dicatur quo ad illud propositū esse pauper.l.paupertas:et ibi no.ff.de excusa.tut.§.sed ⁊ propter paupertatem.⁊ ibi bona glos.insti.eo.titu.not. Bar.in.l.si constante in prin.in secunda questiōe prime partis principalis.ff.solu.matri.⁊ Bald.et Salyce.in aucten. Preterea.C.vnde vir et vxor.⁊ in.l.vbi adhuc.C.de iure do.⁊ no.docto.in capitulo odoardus de solu.cum simili. Sed ita est quod testes superius nominati attestanť qđ dictus dominus Antonius etiaz mediante suffragio patris non potest commode sibi de oportunis pro suo studio prouidere vt dicūt secundus tertius ⁊ quartus testis.ergo cū tractetur de paupertate quo ad effectū an quis possit proprij sumptibus viuere ⁊ studere sequitur ꝙ est probata paupertas.⁊ eo magis quia vt sentio depositio testis recolēde memorie domini Petri de ancharano nō exigit quod sit in summa paupertate. Preterea quia probatio paupertatis tendit ad probandā negatiuā idest quē non habere bona sibi necessaria: dicūt Doctores quod sufficit probatio per coniecturas et presumptiones surgentes a communiter accidentibus:quia probatio negatiue est difficilis iuxta.l.actor.C.de pba.

2 et in.c.bone el.j.de elec.et in.c.j.de confessis†nam vbi difficilis est probatio a communiter accidentibus:tunc lex cōtenta est leuioribus probationibus:et per coniecturas.l.si vicinis.C.de nupt.l.non omnes.§.a barbaris.ff:de re mili.l.consensu.ver.sup plagis.C.de repud.c. veniens.el.ij.in si.⁊.c.licet ex quadam.de testi.et in.c.si.cum ibi no.de testi.cogen.no.doc. in.c.si.ꝙ metus causa et Bar.in.l.in illa stipulatione si Calendis in fin.ff. de verb.ob.et in.l.si quis ex argentarijs.§.pe.de eden.⁊ Fede.de senis in consilio.cxix.incip.Nulli dubium est ⁊c.cum multis si.vnde p hoc in proposito nostro dicit Ja.bu.in.l.actor in si.C.de proba.et in.l.si vero.§.qui pro rei.ff.qui satis.cog.ꝙ ad probandā paupertatē dicuntur legitime deponere testes qui deponunt ꝙ incedebat male indutus seu cuz paupere veste.nam ita a cōmuniter accidentibus cōtingit.et satis est ꝙ probatio cōcludat habito respectu ad id quod magis cōiter accidit:vt est gl.reputata notabilis in.l.neꝗ natales.C.de proba.quam doc.vbiꝗ sequuntur: sed ita est ꝙ dicti testes deponāt ꝙ dictus dñs Antonius est debiliter ⁊ humiliter indutus et ꝙ viuit in duodena paupere seu infima tanꝙ pauper:ergo satis probata est paupertas.

¶ Summarium super consilio.xxxviij

1 ☞ Notarius dicitur esse rogatus a partibus.
2 Constituens procuratorem absentē talis ꝙ consentiens rogat.
3 Uerbum rogatus importat rogitum.
4 Numerus non attenditur dummodo habeatur effectus.
5 Quare in contractu emphyteotico requiratur scriptura.
6 In curia mercatorum debet attendi equitas.

¶ Consilium.xxxviij.

¶ Notarius conficiens instrumētuz an debeat rogari ab ambabus partibus.

Consultus alias vtrum quoddam instrumentum scriptum ⁊ confectū per ser Mattheū de curialitis sub die nono Septembris anni.m.cccclix.faciat fidem contra Joannem chabrielis in vna scriptura nominatum. Circa quandam promissionem corbium.xv.frumenti. Et Castelatarum trium vuarum. Respondi fidem non facere cō-

1 tra Joannā:qꝛ requirebať per vtrāꝗ partem rogari notarium. Et† notarius nō fuerat ab vtraꝗ parte rogatus vt tunc in eo iuribus et auctoritatibus comprobaui.et ita se habere dixi cōmunē opinionē. Et ad iura scripta ad hec in eo me refero. Nunc paucis refellere conabor nōnulla

que sentio in contrarium adduci. Nam non obstat glos. in auct. de tabellio. in princip. quia ad eam in consilio dupliciter respondi. Nec repetere expedit. ¶ Non ob. ꝙ sufficit testamentum esse confectum per tabellionem rogatum a solo testatore. l. heredes palam. §. fin. ff. de testa. Et not. Bald. in. l. fi. C. de fideicom. ꝗuis testamentum redundet in vtilitatẽ heredum ⁊ legatariorum: quia ad hoc non necesse est, respõdere. et nihil facit ad propositum quoniam testamentum est actus pendens a voluntate vnius ⁊ notarius non rogatur nisi de voluntate, ⁊ consensu testatoris l. iubemus. C. de testa. l. cum questio. C. de leg. Sed nos querimus de conuentione pendente a consensu Joannis ⁊ Jacobi ex parte vna ⁊ Nicolai ⁊ alberti ex parte altera. l. j. circa princip. ff. de pac. l. consensu. de. acti. ⁊ obli. ergo vt instrumentum probet consensum ⁊ obligatis. Joannis requiritur ꝙ ab eo fuerit rogatus alias non probat cõsensum illius qui nõ rogauit ꝗ̃tum ad eius preiudicium: vt. l. cõtractus. C. de fi. instru. ⁊ in. d. auc. de tabel. in princi. ⁊ dixi in preal. consi. plenius. ¶ Et dum dicitur ꝙ ex quo consentiebat Joannes obligationi nõ erat in eius potestate dicere ꝙ nollet notarium esse rogatum. Nam certe hoc est minus bene dictũ nec iure probatur. Et sequeretur ꝙ semper quando partes essent cõcordes circa contractum sufficeret notarium esse rogatum ab vna parte tãtum. Et ille rogitus operaretur ꝙ fidẽ faceret instrumẽtũ contra vtrãq̧ partem ꝙ cum supportatione est ridiculum dicere ⁊ contra omnia iura ⁊ auctoritates volentes qđ requiratur notariũ esse rogatum ab vtraq̧

2 parte. ¶ Siliter non † obstat si diceretur ꝙ si ego cõstituo tytio absentẽ procuratorem meũ satis est ꝙ notarius sit rogatus a consentiente tantum: quia ego fateor. Et ratio est quia tunc actus notarij non facit fidem nisi de consensu constituentis qui rogaret: sed nos querimus vtrũ faciat fidem de consensu Joannis qui non rogauit notariũ. Preterea ego etiã sine aliquo vt puta etiam epistola possum constituere absentez procuratorem meum itaq̧ quod iste actus a me solo pendet. l. j. §. fi. cum. l. sequẽti. ff. de procu. Sed contractus de quo queritur pendet a consensu amba rum partium. d. l. j. ff. de pact. merito requiritur rogitus vtriusq̧ partis. ¶ Nõ ob. etiam vt dicitur ꝙ videtur fuisse rogatus notarius a domino Ludouico ⁊ Uirgilio vt compositoribus partium quia responde qđ nihil est ad factum. nam dato ꝙ dominus Ludouicus et Uirgilius rogassent notarum talis etiam rogitus ⁊ tale instrumentum non facit fidẽ cõtra Joannem ⁊ Jacobum qui non rogauerũt ⁊ nõ apparet per aliquod solenne instrumentum quod Joannes et Jacobus elegerint dictos dominum Ludouicum ⁊ Uirgilium in compositores. ¶ Et si diceretur ꝙ apparet in prefato instrumẽto respondeo ꝙ dato ꝙ ibi appareret hoc: quod tamen non apparet illud instrumentum non faceret fidem contra Joannem. ⁊ Jacobum quod ipsi elegerũt predictos in compositores q̧ notarius non fuit de hoc rogat[us] ab ipsis Jacobo et Joanne. ¶ Nec etiã

3 habet obstare dum dicitur † ꝙ in dicto instrumento est verbum vocatus ⁊c. quod importat rogitum. l. diuus de testa. mili. ff. respondeo quia in instrumẽto dicitur ꝙ fuit vocatus a spectabilibus viris domino Laudonico et Uirgilio dicentibus ⁊c. et sic non dicitur ꝙ fuerit votatus vel rogatus a Joanne et Jacobo immo expresse apparet cõtrarium ex verbis instrumenti dum notarius dicit in fi. Ego mattheus rogatus a dictis Nicolao et Alberto et seu a dicto virgilio ⁊c. et sic qui vnum dicit aliud excludit. l. maritus de procu. l. cum pretor. ff. de ind. in princ. c. nonne de prescript. et sic dat intelligere quod non fuit rogatus ab alijs. ¶ Non ob. insuper dum dicitur ꝙ postea in alio instrumento diuisionis Joannes absoluit dictum Jacobuz a quadam conuentione seu promissiõe facta per dictos Jacobum et Joannem seu alterum eorum de dando et assignando Nicolao et Alberto filijs dicti Joannis certam summam panis ⁊ vini pro tempore futuro et predictum Jacobum a promissione et conuentione predicta indẽnem eximere ⁊ conseruare promisit quia respõdeo ꝙ vigore istius solius instrumenti diuisionis non potest dici esse probatuz quid et ꝗ̃tum fuerit promissum per dictos Joãnem seu Jacobum quia hic nulla ꝗ̃titas vini vel vnarũ aut panis vel frumẽti est expressa. ergo nõ potest dici ꝙ instrumentum diuisionis probet promissionem aliq̃ quia tanq̃ incertam et non continens certam speciem vel ꝗ̃titatem nulli[us] est momenti. l. ita stipulatus in princip. ff. de verb. ob. l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. Aut nos volumus dicere quod istud instrumentum diuisiõis intelligitur de promissione. xv. corbium frumenti et trium castelatarum vuarum de qua in primo instrumento sumpto per ser mattheum et tunc respondeo ꝙ negabit Joannes prout negat scilicet illam promissionez de qua in primo instrumento ser Matthei vnq̃ factam fuisse per ipsum Joannem et dictum instrumentum primum non probabit aliquid contra Joannem quia notarius ab eo nunq̃ fuit rogatus. ergo neq̧ primuz

4 neq̧ secundum probat: bene facit. l. j. C. qui nume. tut. ¶ † Non ob. dum dicitur ꝙ non debet attẽdi numerus dummodo habeatur effectus. l. que extrinsecus cũ ibi not. ff. de verbo. obli. c. petitio de procu. vnde debet sufficere ꝙ constet de consensu Joannis et Jacobi ꝗuis non appareat d rogitu quia respõdeo ꝙ nego legitime apparere probatum de cõsensu Joannis et Jacobi quia instrumentum notarij non rogati ab eis non probat aliter consensum eorum vt dicunt iura allegata in consilio. et vbi forma est tradita a lege illa debet seruari. l. cum hi. §. si pretor de trãsa. c. procurator de elec. in. vj. alias sequeretur ꝙ facto cõtractu si vna pars vellet consentire quod notarius de illo actu conficeret instrumẽtum esset in potestate alterius partis facere instrumentuz aptum probari contra nõ rogantem. ¶ Non ob. ꝙ illa verba Joannis et Jacobi dicentium non esse opus ꝙ fieret instrumentum importent idem ꝙ rogare notorium qđ faciat instrumentũ sicut dicitur in. l. j. §. ij. ff. de verb. ob. quod si interrogas quod ego promittam tibi. x. ⁊ ego respondeo quid ni videor promittere. Quia ego respondeo ꝙ hec ratio est causa importãs verum. Nam immo illa verba quod nõ est opus conficere instrumentum sunt repugnantia rogitui quia quãdo partes rogant notarium dant intelligere opus esse quod fiat scriptura. l. contrahitur. ff. de pig. Et presertim in promissione annua prout fuerat ista in qua est magis oportuna scriptura propter diuturnitatem temporis. l. j. cum ibi not. per doc. C. de iure emphy. illa enim

5 est † ratio propter quaz debent doctores in cõtractu emphyteotico fuisse necessariam scripturaz quia vt plurimũ emphyteosis fit ad satis longum tempus vnde cum iste contractus contineat aliquod annuum ⁊ sic quod non erat solo momento seu semel in breui explicanduz q̃ maxime fuisset oportuna scriptura ad probandum vt dixi. Sed ista cessant in casu. d. l. j. §. ij. de ver. ob. ⁊ ibi vsus fuit respõdens illa dictione quid ni que habet a iure significatum affirmatiuum non sic reperitur quod illa verba nõ est opus cõficere instrumentum habeant a iure iaterpretationẽ rogitus. ¶ Preterea dum notarius in fine dicit ꝙ fuit rogatus a Nicolao ⁊ Alberto seu Uirgilio dat intelligere ꝙ alij non rogarunt. d. l. cum pretor ⁊ dixi supra. ⁊ sequentia declarant precedentia. l. qui filiabus et in. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legat. j. l. vtrum. ff. de peti. here. Et sic nõ potest hoc casu dici ꝙ Notarius in dubio presumitur rogatus. ¶ Non obstat

6 † vltimum ꝙ sumus in curia mercatorum in qua debet attendi equitas ⁊c. Quia respõdeo ꝙ illud importat ad plus quod sint sublati rigores inducti a iure positiuo nõ autem ꝙ sic sublatum ius diuinum naturale seu gentium. c. literas vbi hoc no. Ant. de but. in princip. de iuramento calũ. Benefaciunt not. per Bart. in extrauaganti ad reprimẽdum in verbo figura. ⁊ in. l. siliussa. ff. de dona. ⁊ notata in cle. sepe. de ver. sig. sed ꝙ credatur notario instrumenti non solũ quãdo non interuenit rogitus vtriusq̧ partis. Sed etiam quando interuenit rogitus est contra ius diuinũ naturale vel gentium ẜm Innocen. et omnes in. c. cum. P. tabellio. de fide instru. vbi dicunt ꝙ est contra dictuz ius quod creditur etiam soli instrumento notarij seu soli carte animalis mortui sine testium depositione: vt legitur ⁊ no. in. c. ij. de fide instru. ⁊ de iure diuino non debet credi vni soli: sed requiruntur duo vel tres ad minus. c. nonit. de iu. c. in omni. de test. ergo constat quod vigore arbitrij vel equitatis seruãde in dicta curia nõ debet posse credi instrumento quod non est instrumẽtum: quia neq̧ ius diuinum naturale vel gentium nec etiam ius positiuum hoc permittit. ¶ Accepi insuper veritatem esse ꝙ de illa promissione. xv. corbium frumenti ⁊ trium castelatarum vuarum non fuerit vere facta promissio: sed bene habitus tractatus. ¶ Deniq̧ nõ potest hic agi de magno preiudicio Jacobi: quia aut non poterit conuinci ab illis suis nepotibus: quia dictum allegatum instrumentum nõ probat: aut si cogit soluere semper poterit agere actio. negotioruz gestorum contra Joãnem patrem dictorum Nicolai et Alberti pro alimentis prestitis filijs dicti Joãnis si ad ea tenetur Joannes iuxta ea que plene traduntur in. l. alimẽto. C. de nego. gest. Si autem Joannes ad talia alimenta non tenetur iniquuz esset cuz tali onere grauari indebite. Et pro deo placeat domino cõsultori diligenter aduertere. ⁊ pro iustitia seruanda. ⁊ pro onere eoꝝ qui in re ista de iure respondissent. Alexan.

¶ Summarium super consilio. xxxix.

1 Dictio nisi quid importet.
2 Compensatio potest fieri de grauiori debito.

¶ Consilium. xxxix.

¶ Pro. d. Francisco de Mantua.

Circa vltimum dubium quo queritur an summa ducatorum. clxxix. soluta per dictum Bartholomeum: vt dicitur die quinta Augusti. m. cccclxvj. ea intentione: vt pro parte. satis faceret Carolo de debito ducatoruz. ccccxxv. prout Bartholomeus expressit ⁊ Carolus nõ consensit: sed pecunias predictas depositauit sub certa protestatione: vt in petitiõe dicti Caroli narratꝰ debeat compensari pro ratu in debito ducatorum. ccccxxv. Respõdeo ꝙ sic etiaz pro rata terminorum in quibus Bartholomeus fuerat in mora: quia quando dicta summa duca. clxxix. fuit soluta Carolo: vt computaret in dicto debito Carolus recusauit ac

1 cipere sub cõditiõe nisi † solueret restuz suis terminis: vt Carolus etiam asserit in libello suo: ergo si soluit Bartholomeus postea restum in suis terminis est verificata ⁊ impleta conditio predicta ⁊ cõsequẽter in eũ casum cõsensit accipere et computare in dicto: vt ostendit illa dictio nisi. l. actione ⁊ ibi not. C. de trãsac. ⁊ in. l. si eũ. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautio. cum si. Qđ autẽ soluerit restum Bartholomeus in suis terminis: patet quia presupponitur mihi in facto ꝙ Bartholomeus dedit Carolo ante mensem Aprilis Anni. m. cccclxvij. staria frumẽti. ccxl. pro ducatis quadraginta ⁊ restuz in quo remanebat debitor Bartholome[us] dicti Caroli pro debito ducatoruz. ccccxxv. ascẽdebat ad summam ducatorum. xxiiij. vel circa quorum xxiiij. ducatorum terminus solutionis erat de mense Aprilis anni. m. cccclxvij. que quidem quãtitas ducatoruz quadraginta

2 compẽsanda videt[ur] in isto debito ducatorũ. ccccxxv. cũ illud † esset graui[us] debitum ceteris. attento ꝙ pro illo debito accesserat obligatio bonoruz feudalium per. l. cum ex pluribus. la prima. ⁊. l. in his in princi. ff. de solu. et ho

ꝛ hoc procedit etiam dato ꝙ aliud debitum in quo Karol⁹ vellet compensationem fieri esset antiquius. vt in iuribus supra allegatis maxime in. d. l. cū ex pluribus. l. ultima. ꝛ plene traditur per Bart. in. l. cum ex pluribus. la vltima. eo. titu. ¶ Et nō obstat si diceret ꝙ dictus karolus in libello nō non confitetur simpliciter recepisse dictū frumentū ꝑ duca. 40. sed dicit ꝙ habuit dictum frumentū ꝑ dictis. 40. ducatis quos consensit dictus Bartholomeus ꝙ computarentur in partē alterius debiti. 150. ducatoꝝ. vt in libello dicti Karoli ꝯtinetur. ꝛ sic videtur ꝙ dicta cōfessio nō possit diuidi. iuxta. l. publia. §. si. ff. dep. q꞉ respōdeo ꝙ cū presumptio sit pro dicto Bartholomeo qd̄ soluerit vt cōputaretur in debitum ducatorum. 425. per ea que dicta sunt supra: iō pōt Bartholomeus pro parte acceptare confessionē ꝛ ꝑ parte respuere vt not. Bart. in. l. aurelius. §. idem quesitū. ff. de lib. leg. ꝑ. l. primam C. ad legem cor. de fica. ꝛ. l. cū de indebito. in prin. ff. de pba. ꝛ in. c. cum venissent. ꝛ ibi ponderat ad hoc Joan. de imola. ꝛ dominus Abbas de insti. ꝛ not. Bald. in. l. per seruum. §. j. ff. de vsu ꝛ hab. ꝛ in. l. iij. §. j. ff. de iureiuran. ꝛ in. l. j. in. xij. col. C. de confes. ꝛ in. l. ij. C. de dona. ante. nup. ꝛ Jo. de Jmo. i. l. decē. ff. de verb. oblig. ꝛ est magis cōmunis ꝯclusio quo ad casum nostrum: ꝛ tanto magis procedūt predicta quia non apparet ex instrumento celebrato de anno. 1464. die. xxv. maij. ad qd̄ se refert dictus Karolus in libello quod dictus Bartholomeus esset debitor dicti Karoli ex causa socide in dictis ducatis. cl. vltra dictos ducatos. 425. ꝛ posito etiā ꝙ esset dictus Karolus creditor ꝑ alio debito nō ita antiquo ꝓut est debitū dictoꝝ duca. 425. tamē dꝫ in dubio cedere dicta solutio in dictum debitum ducatoꝝ. 425. secundū quod habetur in dicta. l. cum ex pluribus. la prima. in princi. ꝛ in p̄allegata. l. in his. in principio.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xl.

1. Syndicus pōt constitui ab omnibus cōsiliarijs seu a maiori pte.
2. Syndicus generaliter cōstitut⁹ nō dicitur habere sufficiēs mandatū.
3. Licet ī syndicatu ꝯcedatur mandatū ad causas que verti possunt inter partes ꝑpter aliquam villā non tamen censetur mandatū ꝙ peti possit villa.
4. Uerba posita in sindicatu scilicet propter villam denotant cām remotam non primam.
5. Quando requiratur singularis expressio mandati.
6. Uerbum queuis quid importat.
7. Licet officiū iudicis dicit̄ improprie actio in aliqua dispositione aliqn̄ officium iudicis comprehendit.

¶ Consilium. xl.

¶ Habes illud consi. in consi. xvj. in quinto volumine inter hos litigantes: sed super alijs titulis.

q2 ratio legis p̄hibentis pactū legis cōmissorie in pignoribus dandis creditori ab egeno debitore non sic videtur locū habere in causa dotis hoc est in effectu qd̄ vult Fulgo. in d. l. titius. ⁊ sic patet q̄ ipse fatet̄ qd̄ doct. volunt ſm intellectum quem dant ad d. l. q̄uis. qd̄ etiā in debito ex cā dotis sit probatū pactū legis commissorie: ⁊ cum ista sit cōis opinio non est ab ea recedendū vt tradit̄ in locis vulgaribus. ¶ Nec obstat dum Fulg. dicit esse dubium intellectum docto. eo q2 ratio prohibitionis non ita militat in dote: q2 imo dico q2 ratio prohibitionis reddita per Jo. and. in d. c. significante. quam supra retuli: ita militat in dote sicut in alio debito. Preterea etiā ille qui habet mulierē in matrimonio collocare ⁊ pecuniā non habet pro dote danda: ita verisimiliter adijceret omne pactum in pignore qd̄ dat pro promissione dotis sicut ille qui eget habere pecuniā mutuā a creditore. nā in vtroq3 casu

11 subest necessitas ⁊ rationis identitas. ¶ Non ob. etiam quo † ad secūdum principale fundamentum dum per partē aduersam allegatur qd̄ videtur facta inter dictum Gasparē de Michaelibus ⁊ heredes dicti Gasparis de bandinis quedam diuisio vt pro pecunijs quas recepit dictus Gaspar de michaelibus a dictis heredib9 Gasparis de bādinis sc3, pro dictis. xc. florenis videat̄ voluisse liberare dictā domū: ⁊ pro predio firmum maneret pactū legis cōmissorie in residua quantitate. ar. l. si creditores. cum ibi no. C. de pact. ⁊ per no. in. l. si ex toto. §. j. ff. de lega. j. ¶ Et quāuis primum principale fundamentum sit pro se tutū ⁊ sufficiens vt ostendisse arbitror tamē adhuc sustinendo secundum fundamentum: respondeo ad argumentum qd̄ illa diuisio de qua in d. l. si creditores. non inducit̄ nisi quando quis recepit partem virilem puta dimidiam ab vno ex duobus: secus si plus vel min9 quā virilem. vt est glo. no. in. l. inter eos. §. j. in verbo soluit. ⁊ ibi no. Ang. ff. de fidei com. ⁊ no. Bar. Ang. ⁊ Saly. in. d. l. si creditores. ⁊ Jo. de imo. in. l. ij. ff. de duo. reis. ar. l. tale pactū. §. post diuisionem. ff. de pac. ⁊ est de mēte glosa. in. d. l. creditores. in fi. glos. magne. sed dicta pecunia que fuit soluta dicto Gāspari tempore venditionis domus nō fuit proprie dimidia totius summe ergo ⁊c. Preterea secundum magis communem opi. illud quod dicitur in. d. l. si creditores. s. quod inducitur tacita diuisio per receptionē partis procedit quando recipiens solutionem recepit illam partē non simpliciter sed tanq̄ partem spectantem ad soluētem seu pro persona soluentis vt patet ibi in tex. secus si simpliciter recepisset dictam partē etiam virilē: q2 non induceretur diuisio per dictā l. si ex toto. §. j. ſm Old. Bal. Saly. Ful. ⁊ Pau. de ca. in d. l. si creditores. ⁊ Bal. ⁊ Ray. Nico. de neap. Bal. Jo. de imo. ⁊ Pau. de ca. i. d. l. si ex toto. §. j. ⁊ sensit ibi hoc Ja. de are. ⁊ etiam est de mente Cy. in. d. l. si creditores. licet Bart. fuerit in alia opinio. que magis communiter dānari videtur: sed in proposito non fuit dictū tp̄e receptionis dictorum. xc. florenorum qd̄ illi reciperentur pro rata concernente domū tā-

12 tum ergo ⁊c. ¶ † Non obstat etiam id qd̄ no. gl. in. d. l. si duos. scilicet qd̄ q̄n emptor duarum rerum vno pretio fuisset empturus vnam sine alia valet emptio in alia, licet vno tempore contractus esset perempta q2 dico q̄ ibi non dicitur qd̄ sit stādum dicto emptoris dicentis q̄ fuisset empturus vnam sine alia: imo videtur qd̄ quando vno pretio plures empte sint si venit facienda resolutio occasione vnius ex dictis rebus fieri debet resolutio in omnibus nisi aliter de cōsensu vtriusq3 partis p̄cedat. d. l. cum eiusdem. ⁊ l. si plura. cum gl. ibi posita in verbo edilitia. ⁊ no. Bar. ⁊ Jo. de imo. in. d. l. scire debemus. quinimo moderni in. d. l. si duos. reprehendunt illam glo. ibi dum glo. allegat. l. domum. eo. ti. q2 in. d. l. domū. supererat saltē dimidia pars rei vendite sed in. d. l. si duos erāt due res vēdite vno pretio: ⁊ licet vna supersit non pōt dici superesse dimidiā neq3 quotā partem venditionis. l. si alterius. ff. de here. insti. ⁊ l. in stipulationibus. in prin. ff. de ver. ob. secus in. d. l. domum. primū tū fundamentū est magis tutū ⁊ illo principaliter motus sum. ¶ Postremo alia ratione potest dici q̄ dictū pactū legis cōmissorie per qd̄ dabatur res insolutū elapso dicto termino non valuit: q2 cū sine dubio contineret alienationē non potuit fieri non seruata solēnitate subhastationis requisite a statuto loci sub rubrica de reb9 minorū nō alienandis. cōtractus eīn celebratus non seruata forma tradita a lege vel statuto est in ea parte nullus. l. non dubium. C. de legi. l. cū hi. §. si pretor. ff. de transac. ⁊ ex forma instr̄i apparet q̄ dicta bona fuerūt cōcessa ⁊ assignata tanq̄ res minorū per tutores ⁊ curatores eorum.

¶ Laus deo. Alexan.

¶ Summarium super consilio. clxxix.

1 Participium promisse intelligitur de promissione facta tempore confectionis instrumenti. 2.

3 Q̄n notarius dicit dedit ⁊ numerauit an subintelligatur dictio tunc.

4 Dictio mox ⁊ similes important idem quod statim.

5 Alienatio non potest fieri nisi seruata solennitate a statuto.

6 Q̄n ex diuturnitate longi temporis presumatur solennitas extrinseca.

7 Sufficit probare mortem fratris absq3 eo qd̄ probetur quod decesserit sine liberis.

¶ Consilium. clxxix.

¶ Quādo verba preteriti temporis prolata a notario in instrumento intelligūtur de actu interueniente tempore celebrationis instrumenti ⁊ non ante ex interuallo, ⁊ an ex interpositione decreti interpositi iamdiu presumātur omnia solenniter acta. Et est in materia precedentis consilij.

Domini redēptoris nostri inuocato suffragio. Visis ac ponderatis dubitationibus peregregie formatis in causa ⁊ lite vertente inter Johannē de bandinis ex parte vna ⁊ Gasparē de michaelib9 ex altera in qua als in fauorē dicti Johānis consului: ⁊ in eadem sententia nunc persisto non obstantibus his que eleganter in contrariū adduci vident̄ quibus infra respondebo. Nam contra dictum Johannē adducitur qd̄ pactum legis commissorie videtur adiectum ex interuallo post tempus contracti debiti: ⁊ per consequens d3 valere saltem quo ad exceptionē iuxta. l. titius. ff. de pig. act.

1 ⁊ plene not. in. l. q̄uis. ff. de solu. Quod autē † fuerit adiectum ex interuallo dicitur probari per verba instrumenti dicentia pro residuo dicte dotis dicto Gaspari promisse ⁊c. ⁊ sic per participium preteriti temporis: ⁊ q̄uis ego in consilio meo respōderim q̄ illud participiū promisse intelligitur de promissione facta tēpore confectionis dicti instrumenti per ea que habentur in. l. si ita stipulatus. §. grisogonus. ff. de ver. ob. ⁊ ibi doc. ⁊ per no. in. l. j. C. de fide instrumē. ⁊ iure haste fisca. lib. x. cum concordantijs allegatis in consilio: tamen contra hoc in contrarium allegatur quod allegata per me videntur procedere quando scilicet intelligeretur de promissione vel facto interueniente tempore instrumēti: tamen non per hoc resultabat nullitas actus: sed in casu nostro si intelligeretur de promissione interueniente tempore confectionis instrumenti resultaret nullitas actus quo ad pactum legis commissorie qd̄ est reprobatum in pignoribus si est appositum incōtinenti. l. j. ⁊ l. fi. C. de pact. pig. ergo in dubio debet fieri interpretatio qd̄ intelligatur de promissione facta ex interuallo ante tēpus instrumenti: vt sic actus potius valeat q̄ pereat. l. quoties in stipulationibus. ff. de ver. obli. c. abbate. de verbo. signi. ⁊ tanto magis quia si intelligatur de promissione facta tempore instrumenti, presumeretur in dicto pacto legis commissorie fuisse delictum: ⁊ quid illicitum ac factum in fraudem vsurarum. vt in iuribus proxime allegatis. secus si presumatur ex interuallo. d. lege titius. vnde in dubio debet potius presumi quod factum fuerit licite ⁊ bona fide q̄ illicite ⁊ dolose. l. merito. ff. pro soc. c. j. de presump. ⁊ per id quod notat Barto. in. l. gerit. ff. de acquiren. heredi. ⁊ in. l. nō solum. §. sed vt probari. ff. de operis noui nuntia. cum simi. ⁊ ad confirmationem predictorum etiam adducitur id quod not. Py. Barto. et alij in. l. fructus. in fi. ff. soluto matrimonio. in questione de duobus testibus deponentibus quod testator instituit heredem Titium ⁊ postea Sempronium debet in dubio interpretari quod deponāt quod fue-

2 runt simul instituti, vt sic vtraq3 institutio valeat. ¶ † Ad que respondeo quod ratio propter quam intelligitur instrumentum loqui de promissione vel facto interueniente tempore instrumenti est: quia illud participium promissione: vt patet ex instrumento est verbum prolatū a notario non a parte ⁊ notarius non potest attestari: aut instrumentū conficere nisi de eo, quod fit tempore celebrationis instrumenti: ⁊ sic de eo quod sibi tanq̄ tabellioni rogato constat, ⁊ nouit. vt inquit Innoc. in c. fraternitatis. circa principium de hereti. ⁊ nota. Bal. in rubri. C. de fide instru. in. v. col. in versi. circa primum. ⁊ in. l. cum precibus. C. de proba. ⁊ no. etiam Inno. in. c. quoniam contra. de proba. ⁊ in. c. j. circa medium. de fide instrumē. ⁊ Barto. in. l. prima. in. principio. C. de fide instrumetorum ⁊ iure haste fiscalis. decimo. Bene faciunt no. per Bal. in. l. ex his. C. de testamen. milli. ⁊ ideo quando notarius in instrumento dicit Titius dedit vendidit ⁊ tradidit fundum ⁊c. quia sunt verba notarij quamuis prolata in preterito: tamen intelligūtur de eo quod potuit geri tempore confectionis instrumenti: ⁊ ideo dicta verba important venditionem tunc fuisse factam: ⁊ si actus non fuit celebratus in fundo vendito seu in aspectu fundi non probant traditionem: nec intelliguntur de vera traditione preterita sed de licentia data tempore instrumenti emptori: vt possit propria autoritate ingredi. l. predia. secundum vnam lecturam notabilem ⁊ approbatam. ff. de acqui. pos. ⁊ ibi per Bar. ⁊ alios. ⁊ no. etiam Bar. in. l. post dotem. in. j. q. ff. solu. matri. Et quod dicta verba scilicet promisse ⁊c. intelligantur esse verba notarij, et propterea debeant intelligi de promissione facta tempore confectionis instrumenti: patet per id quod voluit glo. notabi. in lege si ex cautione. C. de non nume. pecu. in verbo probare. dum gl. dixit, qd̄ si in instrumento dicitur quod Titius habuit ⁊ accepit a Sempronio centum licet non dicat in presentia mei notarij ⁊ testium intelligitur probari numeratam fuisse pecuniam: ⁊ ideo dicit glo. qd̄ notarius non debet dicta verba scribere nisi pecunia sit in presentia: que gloss. optime decidit casum nostrum in quo non pōt dici q̄ dicta verba fuerint verba confessionis partis q2 de nulla confessione partis ibi fit mentio: vt clare patet ex inspectione instrumenti: ⁊ cum illa glo. transeunt cōiter doc. ibi: ⁊ in. c. si cautio. de fide instru. ⁊ doc. maxime Ange. ⁊ Mod. in

3 d. l. predia. ¶ Et bene ad propositū † loquitur Bal. in. d. l. si ex cautione. in. vj. q. vbi querit si notarius in instrumento dixit dedit ⁊ numerauit, vtrum subintelligatur aduerbium. scil3 tūc ita quod si probetur qd̄ tunc non numerauerit instrumentum reddatur falsum: ⁊ dicit qd̄ sic per. l. aduersus in verbo tunc. eo. ti. ⁊ per no. per Bart. in. d. l. post dotem. in. j. q. ecce qd̄ Bal. vult in terminis qd̄ quamuis al's debeant capi in dubio presumptio per quam euitetur delictum vt est dictum supra tamen quando verba preteriti tēporis sunt prolata a notario in instru-

mento

mento nō referuntur ad tempus qḋ ex interuallo precessit celebratio- nem instrumēti vt euitet falsum ⁊ delictum notarij: imo potius presu- mitur ⁊ intelligitur factum illud interuenisse tempore celebrationis in strumenti: quāuis per id incurrat in crimē falsi. ⁊ p consequēs etiam in fringatur instrumētū tanq̄ falsum ⁊ contēta in eo corruant. ⁊ sic pa- tet quod fortior est ratio que facit quod verba instrumenti ꝓlata a no tario etiā si sint preteriti tēporis intelligi debeant absq̄ interuallo ab ipsa celebratione instrumenti quā sint rationes que in contrariū addu cebantur. ⁊ ideo euidenter apparet nō obstare ea que allegant̄ in con- trariuz. ¶ Et fortificant̄ predicta quia si intelligeretur quod notari⁹ in confectione dicti instrumēti locutus fuerit de ꝓmissione que ꝓcessis- set ex interuallo celebrationē instrumenti sequeretur q̄ presumeretur notarium deliquisse in officio suo q̄ non debet conficere instrumētum nisi de his que tunc fieri sibi cōstat vt superius dixi. ⁊ presumendū non est notariū in officio suo deliquisse seu falsum cōmisisse. c. ad audiētiaz de prescrip. l. cum precibus. C. de ꝓbati. l. ij. C. de offici. ciui. iudi. ¶ Et

4 ex predictis † etiā apparet responsum ad not. per doc. in dicta. l. fruct⁹ propter diuersitatē ratiōis que colligitur ex iam dictis. nam ibi cessat ratio supra reddita. s. qḋ notarius habet cōficere instrumētum de his que sibi cōstat tūc fieri. Preterea doc. in. d. l. fructus. videntur loqui in testibus deponentibus per dictiones que de sua propria significatiōe denotāt idē qḋ statim: vt est dictio mox ⁊ similes de qua loquitur tex. in. l. fructus. ita no. Barto. in. l. j. vltima colū. ff. si cer. pe. ⁊ ibi etiā Sal. ⁊ est de mēte gl. in auten. de incestis nup. in princ. in verbo imminere. ⁊ in. c. quā sit. de elec. in. vj. facit. l. si pater capt⁹. cū gl. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ not. Jo. de imo. in. d. l. diuortio in pri. circa antepe. col. ff. solu. mat. ⁊ in l. j. §. j. ff. de verborū oblig. vel etiam potest responderi quod illa deci- sio procedit quādo illi testes fuerūt producti per sempronium ⁊ testes ipsi deposuerunt qḋ testator instituit titium ⁊ mox seu postea sempro- nium. nam si fit interpretatio qḋ ambo admittantur ⁊ sic quod simul fuerunt instituti verum est dicere qḋ fit interpretatio contra sempro- nium producentem vt fieri debet. c. in presentia de probat. q̄ si pro eo fieret interpretatio intelligeret̄ esse probatum quod sempronius ex in- teruallo fuisset institutus vltimo loco: ⁊ sic in alio testamēto. ⁊ p cōse- quens esset heres insolidū. ¶ Non obstat etiam quedam asserta scri- ptura priuata manu vt dicitur Bartholomei de arnolfinis in qua cō tinetur qḋ dictus Bartholomeus ante temp⁹ dicti celebrati instrumē ti asserit fuisse ꝓmissam dictā dotem florenorum. cccl. predicto Gaspa ri ⁊ de qua summa dictus Bartholome⁹ arnolfini ꝓmittit soluere flo- renos ducētum in certo terminō q̄ respondetur quod vt presupponi- tur non est probatū qḋ dicta scriptura fuerit scripta manu dicti Bar- tholomei ⁊ posito etiā quod esset manu dicti Bartholomei tamē scri ptura priuata alterius non probat saltē plene ad preiudicium tertij. i. dicti Johānis de bādinis. vt. l. rationes. ⁊. l. instrumēta. C. de probat. Itē res inter alios acta aliīs nocere nō potest. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. C. res inter alios acta p totū. Preterea in dicta scriptura nō dicitur quis promiserit. ⁊ sic incerta est respectu promittentis ⁊ imper- sonaliter concepta ideo non releuat. vt in auḟ. si quādo. C. de constitu. pecu. ⁊ licet in dicta scriptura dicatur qḋ dictus Antonius ꝓmisit flo renos ducētos tamē questio nō vertitur nunc super illis ducētum flo- renis: quia de ducentū florenis satisfactū fuit: sed questio est super re- siduo scilicet super florenis. cl. quoꝝ occasione data fuerūt sibi prediū et domus in pignus cum pacto legis cōmissorie. ⁊ quo ad istos. cl. flo renos dict⁹ Bartholomeus arnolfinus nihil promisit. Et per hoc etiā dari possit alia responsio ad dicta verba instrumenti duz dicit promisis se ⁊c. scilicet qḋ ibi est impersonalitas respectu promittētis. ¶ Itē in-

5 quātum † in priore cōsilio dixi qḋ alia rōne peterat dici pactū ꝑdictum legis cōmissorie p qḋ dabat̄ res in solutū elapso termino nō tenere: q̄ cū cōtineret alienationē nō potuit fieri nō seruata solēnitate subhasta tionis requisite a statuto loci: nūc per aduersarios respōdet̄ q̄ quia in dicto instrumēto reperit̄ interpositū decretū iudicis ꝓsumi debent oīa solēnia interuenisse ⁊ tanto magis ꝓpter tēporis diuturnitatē: q̄ fuit de anno. M. cccclviij. ⁊ hoc p no. p Spec. in titulo de emptio. ⁊ vēdi. §. nunc dicendū. versi. ⁊ breuiter. ⁊ p Bal. in. l. quecūq̄. §. fi. ff. de publica. ⁊ no. p Bal. ⁊ Ang. in. l. sciendū. ff. de verbo. oblig. cū suis concordan- tijs: q̄ ad hoc respondeo qḋ dato qḋ dictū Spec. in loco proxime alle gato esset verū ꝓcederet quo ad illa requisita que poterāt interuenire tēpore celebrationis cōtract⁹ ⁊ interpositiōis decreti iuxta cōtractū: s; ea que nō poterāt tūc interuenire. vt subhastatiōes ille nō ꝓsumunt̄ li- cet decretū interuenerit: ita probat̄ ex not. p Bar. in dicta. l. j. C. de fide instrumentorū ⁊ iure aste fisca. lib. x. iuncta glos. in verbo ordine. nam vult Bart. qḋ per instrumentū alienationis de qua loquit̄ ille textus non probetur nec presumāt̄ interuenisse subhastatiōes necessarias que nō potuerint interuenire in illo instanti: ⁊ tamen clarū est q̄ in illo cō- tractu celebrationis de necessitate interueniebat decretū iudicis. l. si de- serta. C. si ꝓpter publi. pensita. ⁊ no. in. l. si quos. C. de rescindē. vēdi. et istud in specie determinat Raphael Cuman⁹ in dicta. l. sciēdum. in fi- ne. ⁊ tanto magis si in instrumēto nō continetur q̄ iudex interposue- rit decretū cū plena cause cognitiōe ⁊ inquisitione. nā vt dicit ipse ibi et etiā Pau. de cast. in. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transac. requirit̄ qḋ talia verba sint apposita. vt ex decreti interpositione presumant̄ solēnia. et ita dicunt voluisse Bal. ⁊ ita etiam consuluit Pau. de castro in cōsilio

octuagesimonono incipiēte in Christi noīe: sup eo qḋ querit̄ vtrū ⁊c. ⁊

6 talia nō cōtinent̄ in dicto instrumento. ¶ Nec obstat † lōgitudo tem- poris annorū. xv. vel circa a tpe dicti cōtractus ⁊ decreti: quia respon- deo q̄ lʒ ꝓpter diuturnitatē longi tpis decē vel viginti annoꝝ ꝓsumit̄ quādoq̄ solēnitas extrinseca. l. si filius. C. de petitiōe heredi. cū simili- bus. tamē illud est verum quādo agitur principaliter de acquirendo. vt in dicta. l. si filius. cum ibi notatis. tamē secus est quādo agit̄ de ꝓ sumenda solēnitate extrinseca principaliter ad preiudiciū alicuius: q̄ tūc requirit̄ cursus tēporis triginta annorū: ita signāter inquit Joha. de imo. in capitulo peruenit. in quinta colū. de emp. ⁊ vendi. per illum textum iuncta gloss. fi. ad finem. nam ibi requiritur spatiū triginta an norum vt presumat̄ qḋ mulier que cōsensit alienationi facte per mari tum de re mulieri donata propter nuptias consenserit etiā secūdo lo- co infra biēnium a die primi cōsensus mulieris prout requirit̄: vt preiu dicetur mulieri in re sibi donata propter nuptias alienata iuxta id qḋ habetur in auḟ. siue a me. C. ad velleia. quia ibi tractabat̄ de inducen- da presumptione dicte solēnitatis id est secūdi consensus ad preiudi- candum mulieri in iure sibi iam quesito in dicta re. ⁊ qḋ isto casu quan do agitur de presumenda solēnitate ad inducendam amissionē ⁊ trās lationem dominij quod nō sufficiat tempus longum. traditur etiā per Saly ce. in dicta. l. si filius in versi. ⁊ facit hoc ad. q. ⁊c. vbi dicit quod si statuto cauetur quod filius nō possit vendere vel rem aliquā alienare sine expressa licentia patris. ⁊ reperit̄ quod filius vendidit et emptor diu rem tenuit patiente patre venditoris. quod tamē per hoc non pre sumeretur licentiā precessisse per. l. quecunq̄. §. fi. ff. de publica. nec ob stat. d. l. si filius quia respondet qḋ in questiōe predicta tractat̄ de pre iudicio ⁊ incōmodo inferendo filio ⁊ patri. sed in. l. si filius tractatur de fauore patris propter cōmodū acquisitionis. ⁊ licet in. d. l. si filius pos sit etiā cōtingere damnū ex acquisitione hereditatis de quia ibi tracta tur. l. si hereditatē. ff. manda. tamē hoc nō habet obstare quia in. d. l. si filius pater allegabat iussum suum vnde sicut vult cōmodum ita de- bet habere incōmodum. l. secundum naturā. ff. de regu. iur. sed in que- stione proposita negabat̄ licentiā precessisse ꝑm Saly. in. d. l. si filius: sic etiā in casu nostro negatur subhastationes interuenisse: ⁊ ita respō detur ad not. ibi per Bal. cum igitur in casu nostro velimus presume re solēnitatem subhastatiōis ad preiudicādum dicto agenti vt perdat dominiū rei sue requirebatur spatium saltem. xxx. annorum ad indu- cendum dictam presumptionem. aliam responsionem etiā ad dictā. l. si filius dedit in proposito Bal. in. l. ij. ad fi. C. de legi. here. quam etiam sequitur Ludo. romanus in dicta. l. sciēdum. in. xv. colū. ¶ Requisit⁹ sum etiā vt dicam satis sit. vt dicatur fundata intētio dicti Johānis tanq̄ heredis fratrū ab intestato quod per testes dicti Johānis sit ꝓ

7 batum de morte fratrum suorū: licet non sit probatum † qḋ decesserint sine liberis. ⁊ in hoc Raphael Cumanus in. l. heres institutus. iuncta l. sed si de sua. ff. de acquirēda heredi. ⁊ in. l. is potest. eodem titu. dicit q̄ non reperit hoc tactū a Doctoribus ⁊ cōcludit ipse qḋ sufficiat pro bare dictam mortem fratrum absq̄ eo quod probetur qḋ decesserint si ne liberis. ⁊ pro hoc allegat. l. amite. C. cōmunia de succes. ⁊. l. scriptuz. C. de proba. idē etiā tenet Ludo. romanus in dicta. l. heres institutus. vbi pro hoc etiā allegat. l. v. C. de successor. edic. ⁊ pro hoc etiā facit qa si Johānes dicit se tanq̄ fratrē esse proximiorez. ⁊ probat se esse fratrē qui vult dicere alios remansisse proximiores habet hoc probare per id qḋ not. in. l. cum de lege. ff. de proba. ⁊ qḋ not. Bar. in. l. cōficiunt̄. §. co dicilli. ad fi. ff. de iure codi. ⁊ in. l. si cōstante in prima questione prime partis. ff. solu. mat. cū suis cōcordantijs. ⁊ per not. per Barto. in dicta l. is potest. in peū. colū. dum tractat qualiter probabit̄ quē decessisse ab intestato dum allegat notata in. l. cum ꝓbatio. ff. de ꝓbat. ⁊ corrupte allegauit q̄ voluit allegare no. in. l. cū de lege. de proba. que facit ad ꝓ positum nō autē facit aliquid id qḋ not. in. d. l. cum probatio. Ex quib⁹ cōcludo in fauorē dicti Johānis cōtra gasparem ⁊ victus erit in expē sis condēnandus victori attento qḋ in causa appellationis ꝑsentis ve nit pronūtiandū ex antiquis actis ⁊ probationibus per no. in. c. igno- rantia de regu. iur. in. vj. ⁊ in. c. finem litibus. de dolo ⁊ contu. per Doct. ⁊ in. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. cum si.

¶ Summarium super consilio. clxxx.

1 ¶ De iure cōi libris ⁊ vachettis ꝑuatis no dat̄ publica fides. ⁊ n. 2.

3 In actibus extraiudicialibus tacens videtur contradicere.

4 Cuilibet protestari licet etiā si sit actus pēdēs a volūtate protestātis.

5 Ubi non est causa producens obligationem ex ea non potest agi.

6 Quia promissio vsurarum est odiosa non fit extensio.

¶ Consilium. clxxx.

¶ Si pars cui facta est protestatio non contradixit an sibi noceat. ⁊ de fide librorum hebrei feneratoris.

Domini redemptoris nostri inuocato suffragio. Uiso processu cause vertētis inter sala- monē quondā alenty de rodigio hebreū ex parte vna agen tem ⁊ Nicolaum cauantū ex alia se defendentē sentio breuiter dictum hebreū obtinere nō posse maxime ex infrascriptis quia sumus in regu la qḋ actore non probāte reus debet absolui iuxta. l. qui accusare. C. de eden. ⁊. c. vnico. vt eccl. benefi. petit enim dictus hebreus corbes. lv. fru mēti quas dicit ipe dictū Nicolaū sibi ꝓmisisse de anno. M. cccclxxij.

de mense Januarij dare z soluere in recollectu tūc ꝓxime futuro z qḋ dictum frumentū dictus Nicolaus habuit z recepit vice z nomine ser Petri de bonzānis de iugo. z asserit i dicta quantitate corbiū quīquagintaquinqꝫ computari sortē z vsuras. Et ad hec probanda produxit librū quēdam seu vachetā in certis postis vulgarizatis ꝑ ipsum Salamonem in quibus dicit̄ in effectu qḋ Nicolaus cauātus de anno. M. cccclxxj. die nono Aprilis habuit ꝑ manus ser Petri de bōnzānis corbes. xl. frumēti qḋ promisit restituere ipsi in recollectu ꝓximo. z sequit̄ ibi recordiū sub anno. M. cccclxxj. de mēse Septēbris absqꝫ die: i qua scriptura; recordij cōtinet̄ qḋ dict⁹ Nicolaus rogauit ipsum hebreū vt deberet eū expectare ꝑ dicto frumēto vsqꝫ ad aliū ꝓximū recollectū et qḋ tūc sibi daret corbes. xlv. frumēti. Et subiungit̄ etiā ibi aliud recordiū sub die prima Januarij. M. cccclxxiij. qḋ dict⁹ hebreus requisiuit dictū Nicolaū existentē in banco ipsi⁹ hebrei qḋ deberet sibi dare dictū frumētū ꝑ totā ebdomadā ꝓximā z qḋ si nō daret ꝓtestabat̄ ei qḋ volebat habere in ꝓximo recollectu corbes. lv. frumēti. Et in eadē vachetta allegat̄ qḋ est alia posta vulgarizata per dictū Salamonē i qua in effectu sub die. v. Aprilis anni. M. cccclxxj. cōtinet̄ qḋ in manib⁹ dicti Nicolai sunt corbes. xl. frumēti ꝑ manus ser Petri de bonzānis et qḋ dictus Nicolaus ꝓmisit illud restituere dicto hebreo in recollectu ꝓximo. z produxit decretū pricipis ꝙ debeat dari plena fides libris z vachettis z scripturis rationū ipsius hebrei feneratoris z factorū seu famulorū suorū tam de denarijs mutuatis z pignoribus pignoratis vel redditis ꝙ̄ alteri⁹ rei cuiuscūqꝫ cōditionis existat in bancho fenoris z de rebus oībus ad ipsum banchū spectantib⁹ z pertinētibus. de alijs autē extra banchū credat̄ prout credit̄ alijs ciuibus z habitatorib⁹ il-

1 lius loci. z clarū † est ꝙ de iure cōi dictis libris z vachettis priuatis nō datur plena fides in fauorē scribentis. l. rationes. z. l. instrumēta. C. de proba. z presertim cōtra Christianū per id qḋ habet̄ in. c. iudei. de test. nunc videndū est vtrū stāte dicto decreto sit ꝓbata intētio agētis z dico ꝙ nō: qḋ ostēdit̄ sic: dict⁹ Salamō hebre⁹ ꝓduxit dictas postas vachette scriptas i hebraico z vulgarizatas z iterpretatas ꝑ dictū Salamonem prout in actis cōtinet̄. Tali aūt interpretationi facte ab ipsomet Salamone in casu proprio standum non est. l. omnib⁹. C. de testi. l. nullus. ff. de testi. sꝫ assumi debuit alius interpres q̄ haberet interpretari dictā scripturā hebraicā cum iuramēto: suo: vt ꝓprie in scriptura hebraica no. Ange. in auf. vt preponatur nomē impera. in prin. col. latione quarta. z probat̄ in. l. cōparationes. C. de fide. instru. cū ibi no. z in. l. hac edictali. §. his illud. C. de secū. nup. z licet Ang. in dicta auf. vt prepo. nomen impera. tenuerit qḋ sufficiat hoc casu vnus interpres: tñ veritas videt̄ qḋ duo requirunt̄ nisi qñ vnus tantum haberi posset in loco ꝑ id qḋ habet̄ in. §. qḋ autē. in auf. de nō alienā. z no. Bar. in. l. j. §. fi. ff. de ꝟbo. obli. z in prima ꝯstitutiōe. ff. z i. l. j. iuxta pn. ff. de vētre inspi. z Bal. in. d. l. cōparatiōes in. vj. q. z in. l. directas. C. de testa. ma. z in. c. causam mrimonij. de ꝓba. cū si. tñ circa hoc an sufficiat vnus interpres vel reqrant̄ duo nō insisto: attento ꝙ nullus interpres fuit adhibitus: z ꝑ dictas partes est renūtiatū i iudicio ꝓbationib⁹ faciēdis z sic vlterius non pōt ꝓbare. c. de testib⁹. z. c. cū venissent. de testi. z in auf. iubemus. z ibi notāt Docto. C. de iude. z in corpore vnde illa auf. sumit̄. z istud solū sufficit ꝑ victoria dicti Nicolai. ¶ Fortificant̄ ꝓdi-

2 cta † q̄r actor agit ex causa ꝓmissionis. lv. corbiū frumēti sibi facta ꝑ dictum Nicolaū de anno. M. cccclxxiij. de mēse Januarij: z tñ nō ꝓbat q̄r dato qḋ dicte poste de qb⁹ vachette fuissent legitime interpretate: z in eis cōtineret̄ illud qḋ est scriptū in actis. tamē ibi nō dicit̄ qḋ de mēse Januarij anni. M. cccclxxiij. dictus Nicolaus promiserit dictas corbes. lv. frumēti: sed solū ꝙ dict⁹ hebreus de dicto mēse Januarij petijt a dicto Nicolao sibi dari corbes. xl. seu. xlv. frumēti cū protestatione qḋ si nō daret intēdebat ab eo habere in recollectu proximo corbes. lv. frumenti. z sic probat̄ protestatio hebrei nō obligatio Nicolai. z ista inter se valde differūt: nec dicat̄ qḋ dictus Nicolaus nō cōtradixit dicte protestationi. z per cōsequens videt̄ cōsensisse. l. fi. §. Item si predixerit. ff. naute caupo. stabu. z. l. fideiussor. §. pater. cū gl. ff. de pigno. z. l. gaius. cum ibi notatis. ff. de pigno. ac. l. sepe. ff. de re iudi. d. l. si filius. ff. ad macedonianū. cum simi'ibus. quia respondeo primo ꝙ in dicta scriptura nō dicitur qḋ dictus Nicolaus tacuerit vel cōtradixerit. z sic ex scri-

3 ptura illa nō probat̄ tacitus consensus. ¶ Preterea † posito qḋ etiā in scriptura cōtineret̄ quod dictus Nicolaus nō cōtradixit tamē non per hoc videtur tacite cōsentire q̄r in actibus extraiudicialibus tacens videtur cōtradicere si tractat̄ de obligādo eum ad aliquid ꝑiudiciale. l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de ꝓcurator. l. qui vas. §. vetare. z. l. pe. ff. de fur. z not. Innoc. in. c. in genesi. de elec. cum simi. z expresse in protestatione extraiudiciali no. Inno. Hosti. z Jo. and. in. c. cumana de elec. z Archidia. in. c. diaconi. xxviij. dist. nec obstat dicta. l. fi. §. item si ꝓdixerit. q̄r ille tex. potius facit in cōtrariū licet glos. ibi dum subaudit maxime facere videat̄ pro parte contraria. sed Bar. in. l. nō solū. §. morte. in septima columna. ff. de ope. no. nuntia. z Pet. z Cy. in. l. pacta nouissima. C. de pac. z Anto. de but. in. c. cum. M. ferrariēsis. de constit̄. reprehendunt illam glos. Preterea illa glos. iuncto tex. loquit̄ solū in protestatione declaratoria volūtatis ipsius protestantis. sed nos loquimur in prostetatione tendēte ad obligandū illum cui fit ꝓtestatio quo casu sola presentia scientia z taciturnitas non obligat. dicto. §. inuitus. cum simi. Nec obstat id qḋ habetur in dicta. l. fideiussor. et in dicta. l. gaius. quia responsio patet ex his que no. Barto. in. l. que dotis ad fi. ff. soluto matrimonio quia dicta iura cū ibi notatis loquuntur quando sum presens cōtractui vel quasi cōtractui z dubitatur an mihi preiudicem in iure dominij rei super qua per alios fiebat cōtract⁹ nam distinguit̄ aut poteram per meum dissensum impedire actum z tacēdo mihi preiudico aut nō poteram impedire. z mihi nō preiudico: que distinctio non habet locum in alijs casibus regulariter vt per Barto. in dicta. l. que dotis. z probat̄ in. d. §. inuitus. cum simi. ¶ Preterea in casu no-

4 stro † nō poterat dictus Nicolaus per contradictionem impedire quin dictus hebreus posset protestari quia cuilibet protestari licet etiā si sit actus pendens a voluntate protestantis. l. q in aliena. §. fi. ff. de acqui. heredi. l. vt si quis. §. pleriqꝫ. ff. de religio. z sump. fun. nō obstat. l. si filius. ff. ad macedo. quia ibi vltra sciētiā z patientiam interuenit alius actus scilicet receptionis z retentionis literarum vt ibi z in clemen. prima de procura. z declarat Bart. in. l. quo enim. in princi. ff. rē. rat. hab. et in. l. cū tabernam. §. peñ. ff. de pigno. z in. l. titius. ff. de constit̄. pecu. cum ergo actor nō probauit promissionem factam de corbibus. lv. frumenti de dicto anno. M. cccclxxiij. z mēse Januarij, ex qua egit in libello debet absolui reus. l. habebat. ff. de institor. z no. Inno. in. c. ex parte abbatisse. de priuileg. z Bart. in. l. j. in prin. ff. de eden. cū simi. ¶ De-

5 niqꝫ † dicta promissio frumēti allegata in libello ex qua agitur non continet vllam causam producentem obligationē dicto hebreo cōtra Nicolaū, ergo ex ea agi nō potest. l. ij. §. circa. z ibi not. ff. de doli excep. c. si cautio. z ibi no. Docto. ḋ fide istru. z no. gl. Jac. de are. Cy. Ja. but. z Bal. in. l. generaliter. C. de nō nume. pecu. z glo. in. l. nūꝙ̄ nuda. ff. de acqui. rerū do. z in. l. j. in fi. ff. de interoga. acti. z Spec. i tit. de obli. z solu. §. sequitur. versicu. si vero aliquis. z in. §. fi. versic. si vero. z Saly. in l. creditori. C. de pac. z notabiliter traditur in proposito per Baldum in. l. si nō sortē. §. j. ff. de condi. inde. z per Johan. de Imol. in. l. fina. ff. a quibus ap. nō licet. in versi. iij. limitat Bal. z c. z in. l. a titio. ff. de verb.

6 obliga. ¶ Rursus in processu mihi exhibito nō sunt registrata talia capitula vel decreta ex quib⁹ appareat quod potuerit accipere dictus hebreus pro quadraginta corbib⁹ frumēti illos plures corbes frumēti inestimatos quos petit tanꝙ̄ sibi debitos. z cū illa ꝓmissio vsurarū sit odiosa posito quod reperiret̄ esse permissum hebreo mutuare pecunias sub vsuris ad rationē tot denariorꝫ pro libra nō deberet fieri extēsio ad casum nostrū qñ debet̄ frumentū in estimatū, z petit̄ ratiōe cursus tēporis vel ex cōuentiōe aliqua maior quātitas frumēti etiā inestimati q̄r verba decreti nō cōuenirēt casui nostro. l. ita autē. in prin. ff. de administrat. tut. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. c. indēnitatib⁹. §. pe. de elec. in. vj. z in materia odiosa nō fit extēsio de vno casu ad aliū. l. cū quidam. ff. de libe. z posthu. c. odia. de regu. iur. in. vj. z iudeis ita ꝓhibite sunt vsure sicut christianis saltē in casib⁹ in quib⁹ eis nō reperit̄ legitime cōcessuꝫ z permissum. c. post miserabilē. z. c. quāto. de vsur. z ex hoc inferet̄ qḋ quo ad allegatā quātitatē sortis. s. quadraginta corbiū frumēti de quib⁹ fit mētio in asserta vachetta hebrei nō esset standū dicte vachette etiā si legitime fuisset per interpretē adhibitū interpretata eo modo quo registrata est in actis quia illud debitū primū quadraginta corbi z frumēti nō apparet qḋ fuerit ex causa vsuraria vt colligit̄ ex dicta posta libri z sic nō esset de pertinentib⁹ ad banchū fenoris z per cōsequens nō esset sibi dāda fides ꝑ superius dicta. z ex forma capitulorū registratorū in processu mihi trāsmisso nō apparet qḋ liceat dicto hebreo accipere ꝑ vsura dicti frumenti inestimati postea illud plus qḋ petit: z sic nō essemus vllo modo in casu in quo decretuꝫ principis sibi suffragaretur. vt supra deduxi. Ex his igitur apparet qḋ multa sunt quorū quodlibet per se sufficit pro victoria dicti Nicolai q̄ debet absolui et victus victori debet in expensis condemnari.

¶ Summarium super consilio. clxxxj

1 ☞ Simplex asseueratio non probat quem esse filium.
2 Verba enuntiatiua sunt illa que non stant de per se. z nu. 3.
4 Sola publicatio testiū legitime facta a iudice nō sufficit ad impediendum receptionē aliorū testiū nisi pars didicisset testificata. z nu. 5.
6 Affinitas non repellit testem in causa ciuili.
7 Tractans aliquem vt cōsanguineum constituitur in quasi possessione consanguinitatis.
8 Fama publica probat parentelam.
9 Testis singularis non probat.
10 Masculinum comprehendit femininum per extensionem.

¶ Consilium. clxxxj.

¶ Quñ verba assertiua vel enūtiatiua alicui⁹ grad⁹ agnatiōis ꝓbēt.

Domini redemptoris nostri inuocato suffragio. Viso ꝓcessu cause vertētis iter dominā Genebriā vxorē ser Nicolai de citrinaldo et filiam quondā ser Petri luce ex parte vna agentē z dominam Pieram vxorez quondam ser Andree Johānis de vitiano z ser Nadeū z Johānē sanctis Johānis budirochi de vitiano ex alia se defendētes vis cōsistit in discernēdo quis melius probauerit intentionē suam circa proximioritatem in gradu cum dicto ser Andrea defuncto ab intestato de cui⁹ hereditate cora i arbitratorib⁹ agit̄ z ponderatis attestationib⁹ vtriusqꝫ partis mihi videtur qḋ melius ꝓbata sit intētio dicte domine Genebrie z eam obtinere debere presertim ex infrascriptis. Nam † licet sim-

1 plex

plex extraiudicialis asseueratio alicui⁹ asserẽtis talẽ esse filiũ suũ vel cõ
sanguineũ nõ probet illum esse filiũ vel ꝯsanguineũ.l.neqꝫ ꝓfessio.C.de
testa.l.non nudis.⁊.l.non epistolis.⁊ vtrobiqꝫ no.C.de ꝓba.tamen fal
lit in confessione directe facta super dicta filiatiõe vel cõsanguinitate
ꝑsente ipso nominato.ita inquit dñs Abbas in.c.ꝑ tuas.in quarta co
lũ.de ꝓba.ar.l.certũ.§.si quis absente.ff.de confess.⁊ ꝑ notata in.c.fin.
de cõfess.⁊ mouetur etiã ꝑ.d.l.nõ nudis.⁊.l.nõ epistolis.que loquũtur
in nominatione ꝓpter aliud facta ⁊ sic in verbis enuntiatiuis propter
aliud ꝓlatis ⁊ ꝓpterea nõ probãt igitur secus esse dꝫ in verbis directe
⁊ ꝓpter se prolatis.ar.c.si papa.de priuil.in.vj.⁊.l.ex hac scriptura.ff.
de dona.probaṫ etiã hoc lꝫ ipse nõ alleget ꝑ tex.in.l.quidam.ff.de pro
ba.vbi illa cõfessio plene ꝓbat nisi cõtrariũ probeṫ ⁊ colligiṫ ex nota
tis ꝑ tex.in.d.l.nõ epistolis.⁊ etiã ex notatis per Bal.ibi dum dicit ꝙ
verba assertoria alicui⁹ parẽtele descripta in epistola ꝓbãt donec pro
betur cõtrariũ.per dictã.l.nõ epistolis.⁊ ꝓpter epistolã nõ curat aliter
de presentia partis:qꝛ epistola operaṫ perinde ac si cõfessio facta esset
parte presente.l.publia.§.fi.ff.deposi.⁊ idẽ no.Cy.in dicta.l.nõ nudis.
Hoc plenius etiã cõfirmat Salyce.in dicta.l.non epistolis.vbi quo ad
propositũ dicit ꝙ verba scripta in epistola cõtinẽte sororitatẽ vel fra
ternitatem scribẽtis seu mittẽtis epistolã ⁊ illi⁹ ad quẽ mittet si verba
illa sunt emissa cõfessionaliter ⁊ dispositiue ꝓbãt presumptiue rẽ sic eẽ
donec probeṫ cõtratriũ per dictã.l.publia in fin.⁊.l.lucius.ff.deposi.⁊
ita dicit se intelligere.l.fi.in prin.ff.de proba.⁊ missio epistole ẜm eum
operaṫ idẽ qḋ presentia alterius partis que alias eẽt necessaria.d.l.pu
blia.§.fi.iũcta.l.certũ.§.si quis absente.ff.de cõfes.⁊.l.fi.ff.de interro
ga.act.Si aũt essent verba narratoria:⁊ tunc dicit Salyce.ꝙ aut prin
cipalis materia de qua scribiṫ in epistola coadiuuat verba narratoria
esse vera.vt in hoc exẽplo scias soror mea ꝙ talis frater noster decessit
⁊ ob hãc cãm hereditatẽ habem⁹ cõmunẽ:vnde si tibi placet venias
vt eã diuidamus ⁊ talia verba probãt ꝑsumptiue ita eẽ donec ꝓbeṫ cõ
trariũ.⁊ ita ẜm eũ põt intelligi.d.l.nõ epistolis.cum si.aut principalis
materia non coadiuuat verba illa narratiua:quia prorsus ab illis est
extranea ⁊ tũc nõ ꝓbat etiã ꝑsumptiue nec eis staṫ nisi alijs adminicu
lis:puta quasi possessiõe illi⁹ fraternitatis coadiuueṫ ꝑ not.ꝑ glo.fi.in
d.l.nõ nudis.Modo redeũdo ad ꝓpositũ probatũ est ꝑ plures testes
ꝙ dict⁹ ser Andreas ꝯfessionaliter seu directe asseruit dictũ ser Petrũ
patrem dicte dñe genebrie esse sibi fratrẽ cõsobrinũ ⁊ cõsequẽter dictã
dominã genebriã eẽ sibi neptẽ ex fratre cõsanguineo seu cõsobrino ꝑ
sente dicto ser Petro nominato:⁊ qñqꝫ etiam ꝑsente dicta dña gene
bria.ergo plene ꝓbata est parẽtela seu cõiunctio ꝑdicta ex qua postea
defertur hereditas ab intestato.Hoc aũt probat Nicoluti⁹ Johãnis
testis dicte dñe genebrie q deponit se audiuisse ser Andreã predictũ di
cere presente dicto ser Petro qḋ ipse ser Andreas et dictus ser Petr⁹
erant fratres cõsobrini nati ex duobus carnalibus ⁊ quod nullũ habe
bat in gradu proximiorẽ quã dictũ ser Petrum que verba vt de se pa
tet sunt cõfessionaliter ⁊ directe prolata et nõ enũtiatiue propter aliud
2 maxime ab eadẽ re extraneum.nã verba †enuntiatiua sunt illa q̃ sunt
proemium seu preambulum sed nõ sunt ipsa dispositio.⁊ verba enun
tiatiua sunt illa q̃ nõ stant ꝑ se nec sistit volũtas in eis:sed transeunt.
⁊ nõ est verbũ ꝑncipale oratiõis sed verba dispositiua stant ꝑ se quia
enũtiant ꝑncipaliter ꝓpter se ita inquit Bal.in.l.j.i secũda colũ.C.de
fal.cau.adiec.lega.allegat id qḋ habeṫ in.l.ex hac scriptura.ff.de do
na.⁊ no.Bal.in.l.si volũtate.C.de fideicõ.li.sed ex dictis verbis nõ cõ
prehẽdiṫ qḋ fuerint dicta ỽba ꝓlata ꝓpter aliud ꝙ ostendendũ ⁊ de
clarandũ parẽtelã ⁊ nõ ꝑsumiṫ qḋ ꝓpṫ aliud dict⁹ ser Andreas dicta
ỽba ꝓferre voluerit nisi ꝓbeṫ vlterius dictũ fuisse seu ꝓpter aliud di
cta ỽba fuisse ꝓlata vt probat tex.no.in.l.si is q.ff.de test.Et cũ dicto
Nicolutio cõcordat per omnia alegruti⁹ Christophori alius testis qui
3 hoc etiã clari⁹ deponit.¶ Nec ad hoc †obstat si diceretur quod iste te
stis quãuis iurauerit in termino tñ fuit examinat⁹ post publicationẽ
processus qꝛ dico ꝙ illa publicatio de qua fit mẽtio in ꝓcessu nõ est suf
ficiẽs ad impediẽdã receptionẽ dicti alegrutij.nã in ꝓcessu folio.lxij.
notari⁹ asserit infrascripta esse dicta:⁊ attestatiões testiũ examinatoꝝ
per spectabilẽ virũ ser Anthoniuꝫ ⁊c.⁊ postea subdit.q̃ quidẽ attesta
tiones fuerũt recepte scripte ⁊ publicate ꝑ me Frãciscũ olim ser Petri
notariũ de anno.1474.diebus ⁊ mensibus infrascriptis ⁊c.hec publi
catio q̃ ibi enũtiaṫ nõ fuit facta ꝑ iudices seu arbitros cause sed ꝑ no
tariũ ipsum vt ipse asserit ⁊ nõ presentib⁹ partib⁹:igiṫ ꝑ hoc nõ impe
diebaṫ receptio seu examinatio testiũ vt declarat Bar.in auṫ.at qui se
mel.C.de ꝓba.vbi dicit qḋ ad hoc vt impediaṫ noua receptio testiũ ꝓ
pter publicationẽ requiriṫ qḋ iudex ꝓnuntiauerit dicta testiũ esse pu
blicata ⁊ aperta ⁊ ꝓpublicatis ⁊ apertis haberi:⁊ plus dicit ꝙ si solũ
iudex pronuntiaret dicta testiũ esse publicata:⁊ non subiungeret illud
verbũ:⁊ aperta:non sufficeret ad impediẽdã nouã examinationem te
stiũ quia illa verba scilicet publicata intelligerenṫ illa publicatiõe q̃ re
quiriṫ vt scriptura facta ẽ dictis testiũ sit publica ⁊ fidẽ faciat.l.gesta.
C.de re iudi.cũ ibi no.⁊ in.l.solã.C.de testi.sꝫ illa verba scilicet:⁊ aper
ta ⁊c.intelligunṫ de apertura ⁊ publicatione q̃ fit partib⁹ de dictis te
stium:⁊ huiusmodi publicatio et apertura q̃ fit de dictis testiuꝫ si fiat
parte volẽte ⁊ petente esset impedimẽto si vellet postea testes ꝓducere
⁊ examinari facere:sꝫ si parte absente vel nolẽte fieret huiusmodi pu
blicatio ⁊ apertura per iudicem ⁊ hoc nõ impediret nouam ꝓductio
nem testium.vt in.§.quia vero multi.cum ibi not.in auṫ.de testi.ẜcdm
Bar.in dicta auṫ.at qui semel.vbi subdit qḋ si publicatio non valuit
vt qꝛ facta parte nõ citata vel ꝓpter aliũ defectũ nõ prestat impedimẽ
tum.l.nõ putauit.§.non queuis.ff.de cõtratabu.nisi vigore talis nulle
publicatiõis appareret qḋ pars ꝓducere volẽs didicisset testificata.sꝫ
dicta publicatio nõ fuit facta per iudices seu arbitros cause nec parte
ꝑsente vel citata nec in ea sunt dicta verba.s.⁊ aperta ⁊c.ergo multipli
ci ex capite apparet qḋ nõ potuit impedire dictã examinationẽ.¶ For
4 tius †voluit glo.in.c.cõstitutis in vltimo in glo.fi.de testi.qḋ sola publi
catio testiũ legitime facta a iudice nõ sufficiat ad impediendũ receptio
nem aliorũ testium nisi pars didicisset testificata.⁊ idem tenet Spe.in
tit.de teste.§.satis.vtiliter.versi.sed quid si publicate.⁊ Bald.in.l.per
hanc.in peñ.colum.C.de temp.appel.vbi refert etiã Bartolum ita cõ
suluisse.⁊ incipit illud consilium super inquisitione ⁊c.⁊ Bal.etiam in
dicta auṫ.at qui semel.in penultima columna vbi refert quod etiã ita
voluit glos.Joã.and.in dicta clemẽ.testib⁹ in quadã additione.⁊ hoc
saltem procedit ẜm Johã.and.in dicto capitulo cõstitutus.et quãdo
dicta publicatio facta esset parte inscia vel inuita.vt etiã tenet Anto.
de but.in.c.fraternitatis.de testi.in.xv.colũ.sed hec disputatio scilicet
an sola publicatio legitime facta ꝑ iudicẽ cause sufficiat:nõ est necessa
ria in casu nostro attento ꝙ fuit dicta publicatio defectiua in multis.
vt dixi supra ꝓxime ⁊ dicit in ꝓposito etiã Anto.de but.in.d.c.frater
nitatis.in.xiiij.col.qḋ publicatio verbalis facta a notario nõ impedit
5 nouam productionẽ testium super eisdẽ capitulis.¶ Preterea †vbi
cũqꝫ publicatio est indiscreta.vt quia iudex accelerat publicationẽ cũ
partes vellent adhuc testes producere nõ impedit nouam receptionẽ
testium.vt not.Spec.in dicto.§.satis videṫ.in versi.decimussextus ⁊c.
⁊ Johã.and.in.c.series.de testi.sed dicta dña genebria volebat recipi
facere adhuc dictũ Alegrutiũ ⁊ Gaudentiũ quos in termino ꝓduxe
rat:⁊ in termino iurauerãt ⁊ sic poterãt etiã post terminũ recipi.vt ple
ne ꝑ Bar.in.l.dãni.§.sabini.ff.de dã.infec.⁊ not.Docto.in.c.licet cau
sam.de ꝓba.⁊ in.c.pia.de excep.in.vj.⁊ in cle.j.post glo.de offi.deleg.
cum suis cõcordãtijs.igiṫ talis publicatio nullo modo habet obstare.
6 ¶ Hoc idem †ꝓbat Petruspaulus alius testis dñe Genebrie qui est
cõtestis cũ dictis alijs duob⁹ testib⁹.⁊ licet habeat iste testis aliquam
affinitatẽ cum dicta dña Genebria eo qꝛ dicit se fuisse fratrẽ ꝯsobrinũ
patris dicti ser Nicolai mariti dñe Genebrie:tamẽ affinitas nõ repel
lit testem in casu ciuili.vt no.glos.in.c.accedẽs.el primo.in verbo sub
esse.vt lite nõ contest.⁊ posito qḋ fides eius in aliquo diminuereṫ pro
pter affinitatẽ:tamẽ suppletur propter numerũ cõtestium.vt est gloss.
no.in.l.iij.§.eiusdem.in verbo numerus.ff.de testi.⁊ no.Jac.but.in.l.
parentes.C.de testi.⁊ Jo.an.in addi.Spec.in tit.de noto.crimi.§.fa
ma.in additiõe incipiente allegato ⁊c.⁊ Nicolaus de neapoli in.l.ij.in
ꝑn.ff.de excus.tu.Idẽ probat etiã Johãnes angeli nec nõ Johãnes
monaldini.⁊ ad hoc etiã tendit depositio luce dñici:licet iste nõ ita cla
re deponat vt ceteri.¶ Hec probatio etiam cõfirmaṫ ꝑ id qḋ deponit
Gaudentius testis dñe Genebrie q deponit qḋ in domo dicti ser Ni
colai dict⁹ ser Andreas ꝑsente dicta dña Genebria dixit qḋ dicta dña
Genebria erat sua neptis ꝯsobrina.⁊ ad idẽ tendit depositio luce dñi
ci.⁊ licet dictus Gaudentius fuerit examinatus post dictã assertã pu
blicationem testium:tamẽ illud nõ habet obstare rationibus ⁊ causis
supra allegatis circa depositionẽ dicti Alegrutij.¶ Fortificanṫ ꝑdi
cta ꝑ id qḋ deponunt Bald Petri ⁊ dña Clarucera qui deponũt qḋ
ser Andreas dictam dominam Genebriam presentem dicebat ⁊ ꝯfi
tebatur esse suam neptem cõsobrinam ⁊ pro tali eam recepit in domo
7 ⁊ honorauit.⁊ sic eam vt talem tractauit:⁊ per †tractatũ constituitur
quis in quasi possessione illius cõsanguinitatis vel gradus ⁊ trãsfert
onus probandi:cõtrarium in aduersariũ ẜm Jaco.but.in.l.quidam.ff.
de proba.⁊ Antho.de but.in.c.trãsmisse.qui fil.sint legi.Bene facit id
quod habetur in.l.j.§.j.ff.de questio.⁊ id quod not.in.d.l.nõ nudis.⁊
in.l.non epistolis.⁊ quod not.per Bar.in.l.j.§.iul.versic.idem per cõ
8 trarium.ff.de liber.agno.¶ Corroboratur †etiaꝫ dicta probatio:quia
videtur per plures testes probatũ de dicta parentela per famaꝫ publi
cam de qua deponit Johãnes angeli ⁊ Gerardus blaxij ⁊ Nicoluti⁹
et illa probatio sufficit ẜm Jaco.butri.in.d.l.quidam.⁊ Anto.de but.
in.d.capitulo trãsmisse.per.l.cum de lanionis.§.asinam.ff.de fun.in
struc.Bene facit qḋ not.Bar.ff.de questio.in.l.de minore.§.si plurũ.
in vlti.colũ.dum allegat in.l.si mater.C.ne de statu defun.Quod autẽ
domina Genebria sit filia dicti ser Petri est probatuꝫ fere per omnes
9 testes dicte domine Genebrie.¶ Nec obstãt †probatiões partis ad
uerse:quia si cõsideremus personã domine Piere vxoris ser Andree
⁊ clarum est qḋ domina Genebria prefertur ei in successione ⁊ heredi
tate dicti ser Andree ab intestato in quocũqꝫ gradu agnatiõis vel cõ
gnationis fuerit dicta domina Genebria cum dicto ser Andrea per.l.
j.C.vnde vir ⁊ vxor.Aut cõsideramus personam dictorũ ser Nadei ⁊
Johãnis.⁊ dico qḋ nõ probatur per testes suos qḋ sint i gradu ꝯsan
guinitatis seu agnationis vel cognationis saltẽ tali qḋ debeant exclu
dere dictã dominã Genebriã.nã Brun⁹ testis reorũ nõ ꝓbat:qꝛ dicit
solũ qḋ ser Andreas dixit in absentia dictorũ ser Nadei ⁊ Johãnis ꝙ
ipsi erant sui fratres cosini ⁊ qḋ nõ habebat alios cõsanguineos pter
ꝑdictos:certe nõ probat qꝛ deponit de assertiõe facta absentib⁹ dictis
noiatis dicta.l.certũ.§.si qs absente.⁊ no.dñs Abbas in.d.c.ꝑ tuas.

et Saly.in.d.l.nō epistolis. Preterea est singularis ergo nō probat.c.
lʒ cām.de pba.l.iurisiurādi.C.de testa. Petrus anthonī⁹ a linteis ali⁹
testis etiā nō pbat q2 ꝯtradicit dicto Bruno.nā Petr⁹ Anthonī⁹ de-
ponit qđ ser Andreas dixit ꝙ nō habebat aliū consanguineū pter ser
Nadeū sed brun⁹ deponit qđ ser Andreas dixit ꝙ ser Nade⁹ ꝛ Johā
nes erāt sui fratres cosini.ꝛ ideo propter huiusmodi cōtrarietatē non
pbat.vt not.glos.ꝛ clarius Jo.and.in.c.in nostra.de testi.ꝛ licet brun⁹
deponat qđ ser Andreas dicebat qđ nō habebat alios cōsanguineos
pter pdictos ser Nadeū ꝛ Johānē:tñ nō p hoc sequiť qđ negaret ser
Andreas dominā Genebriam esse neptem suam ex fratre cōsobrino
quia fratres cōsanguinei sunt illi qui sunt de eadem agnatiōe.et sic ex
latere patris.l.post cōsanguineos.in pn.ꝛ ibi no.ff.de suis ꝛ legi.ꝛ in
auf.de cōsang.ꝛ vteri.fra.in prin.ꝛ per Bart.in.l.cum quidā.§.qđ di-
citur.ff.de acquirē.here.sed poterat esse et ita fuit quod dña Genebria
nō cōiungebatur ser Andree ex latere patris seu per eandē agnationē
quia ser Andreas nat⁹ erat ex Johāne saluoli ꝛ ser Petr⁹ pater. dñe
Genebrie nat⁹ erat ex dña Bella sorore dicti Johānis saluoli. Itē ser
Andreas dicebat qđ nō habebat alios cōsanguineos nō aūt dicebat
cōsanguineas feminas ꝛ dicta testiū in dubio interpretanť ꝯtra pdu
centē q2 pbatio dz de necessitate cōcludere.c.in psentia de pba.ꝛ ideo
10 videť † qđ tale masculinū nō cōprehēdat femininū quo ad dictā pba
tionē q2 nō cōprehēdit ex ppria significatione.ꝛ vbi cōprehēdit in ali
qua materia femininū est p extensionē ꝛ nō ex ppria significatiōe.l.pe.
in fi.C.de ppositis sacri cubi.lib.xii.ꝛ.l.pronūtiatio.ff.de verb.signifi.
Preterea iste etiā deponit de cōfessione facta absentib⁹ dictis ser na-
deo ꝛ Johāne ꝛ sic nō pbat vt predixi.ꝛ idē dico de Anthonio olim
dñi Anthonij alio teste q dicit qđ ser Andreas dicebat se nō habere
alios primiores attinētes seu ꝯsanguineos ꝙ ser Nadeū ꝛ Johānem
fratres suos cōsobrinos ipsis tñ absentib⁹.ꝛ isti sunt illi testes q forti⁹
deponūt ceteris. Nā alij testes deponūt etiā de assertiōe facta absenti-
b⁹ dictis ser Nadeo ꝛ Johāne ꝛ sunt singulares ꝛ nō exp̄mūt qualita
tē cōsanguinitatis vel attinētie:sʒ qđ ser Andreas qñqʒ dicebat qđ di
cti ser Nade⁹ ꝛ Johānes erāt sui attinētes vł ꝯsāguinei.poterāt eñ eē
in remotiore gradu quā esset dicta dña Genebria.c.q2 circa.et.c.nō de
bet.de cōsangui.ꝛ affi.xxxv.q.v.ad sedē.ꝛ pterea semp deponūt đ asser
tiōe facta in absentia ser Nadei ꝛ Johānis.ꝛ ideo talis assertio nō suf
ficit vt iā dixi.ꝛ p hoc patet nō obstare si aliq ex dictis testib⁹ depone-
rēt ser Andreā i absentia pdictoꝝ dixisse ipos ser Nadeū ꝛ Johānē es
se primiores attinētes ꝛ cōsanguineos quos haberet. Ex quib⁹ cōclu
diť probatā esse intentionē dicte domine genebrie.ꝛ reos conuētos in
dicta petitione debere succumbere. Alexan.

¶ Summarium super consilio.clxxxii.

1 ¶ Non sufficit titul⁹ emptioninis et interuentus pretij ꝛ etiam tradi
tio possessionis vacue ad probandum dominium.
2 Scriptura estimi etiā quando est autentica non probat dominiū quo
ad fauorem illius qui est ibi descriptus.
3 Ad probationē quasi dominij requiriť titul⁹ ꝛ traditio possessionis.
4 Inimicitia repellit testem a testimonio.
5 Nota intelligentias ad petitionem hereditatis.
6 Petitio hereditatis non datur contra possidentem cum titulo.
7 Titulus donationis qui non est agnitus habetur pro non titulo.

¶ Consilium.clxxxii.

¶ Quid requiratur ad probandum dominium vel quasi.

Domini redēptoris nostri
inuocato suffragio. Viso pcessu cause principalis:ꝛ etiā ap
pellationis inter Johānem ꝛ gurgeriū quondā Ludouici
olim Anthonij gurgerie de sancto angelo i vado ex parte vna agētes
ac Gisbertū Nicolai Petrutij ex altera se defendentem. Viso etiā pro
cessu cause appellationis cū allegatiōibus prestantissimoꝝ aduocato
rū vtriusqʒ partis ꝛ cū oib⁹ ad dictas causas pertinentib⁹. Visis insu-
per literis illustris pncipis ꝛ domini mei summa veneratione colendi
domini Federici mōtis ferotij vrbini ac durātis comitis:quibus requi
situs sum vt consulere velim que dictarū partium iustam causam ha-
beat ꝛ obtinere debeat.idcirco cupiēs vt quā maxime debeo sue Illu.
dñationi obtēperare dicaꝫ omissis nō necessarijs quid de iure sentiam.
Et mihi quidē videť dictos Johānē ꝛ gurgeriū ꝛ seu eoꝝ pcuratoreꝫ
obtinere nō posse ꝛ suā intētionē opportune nō probasse.nā in libello
narrarunt bona petita spectare ad eos iure dominij vel quasi tanꝙ he
redes ꝛ successores dicti Anthonij eoꝝ aui mediāte psona dicti Ludo
uici eorū patris ꝛ filij dicti Anthonij:ꝛ ꝙ dictus Anthonī⁹ ꝛ deinde
Ludouic⁹ ei⁹ fili⁹ ꝛ heres tenuerūt ꝛ possederūt dicta bona p plures
annos iusto titulo ꝛ bona fide.ꝛ cōcluserunt cōdēnari dictū Gisbertū
possessorum dictoꝝ bonoꝝ ad relaxādū dicta bona ꝛ eoꝝ possessionē re
stituendā dictis agentibus cū fructibus ꝛc.petēdo iustitiā ministrari
omni meliori modo ꝛ lati⁹ i dicta petitiōe:vnde oportet ꝙ aut fueriť
intētata rei vēdicatio:aut publiciana,aut petitio hereditatis:aut iter
dictū quoꝝ bonoꝝ. Discutiendū est igiť an sup aliquo istoꝝ sint pba-
1 ta incūbentia.ꝛ primo super reiť vēdicatione dicendū est ꝙ nō q2 da
to ꝙ agētes produxerint instrumentū quoddā venditionis facte dicto
Anthonio p Nicolaū bonaueris de dimidia parte domorū positarū
in burgo sancte Clare dicti castri sancti Angeli p indiuiso cū domina
Francisca vxore dicti Nicolai ꝛ omniū aliarum rerum mobiliū ꝛ im-
mobiliū que tunc per se vel per alium suo nomine cū dicta dña Fran-
cisca possidebantur:tamē per hoc nō fundatur intentio agentium:q2
nō cōstat quod Nicolaus bonaueris tunc esset dominus dictaruꝫ do
morum ꝛ aliarū rerum de quibus in libello:nec sufficit titul⁹ emptio-
nis ꝛ interuentus pretij ꝛ etiā traditio possessiōis vacue ad probādū
domininm ſm cōmunem opi.glossa.ꝛ Doct.in.l.cū res.C.de proba.et
Spe.in titu.de actio.ꝛ peti.§.sequitur.versi.si autē velis.ꝛ licet Bald.
in.d.l.cū res post Nicolaū de mat.ibi teneant ꝙ in dubio presumatur
dñs ex titulo vēditionis ꝛ numeratiōe vel satisfactione pretij ꝛ tradi-
tiōe possessiōis vacue tñ ꝯmuniter reprehēdiť illa opi.quā tenuit Pla.
antiquus glossator ꝛ ad motiua Bal.respōdet ibi plene Saly. q dicit
cōmunē sentētiā esse cōtra Bal.ꝛ q2 in iudicādo nō ē recedēdū a ꝯmu
ni sentētia.vt tradiť i locis vulgarib⁹:ideo circa hoc nō insisto:ꝛ eo ma
xime:q2 etiā nō apparet pbatū de vacua possessiōe dicti Nicolai. ꝛ sic
nō sumus i casu in quo loquiť Bal.ꝛ etiā nō apparet ꝙ bona de qb⁹
i libello saltē ipm podere ꝛ petia terre sint de bonis cōprehēsis i dicto
instrumēto nec etiā de ꝯprehēsis i testamēto dñe Frācisce. Et quāuis
sit productū aliud instrumētū in quo de anno.M.cccc.xviii. Johānes
vt fili⁹ ꝛ heres dicti quondā Nicolai ratione dicte pme emptionis ꝛ ex
causa diuisiōis ꝛ alijs causis i instrumēto cōtētis dederit dicto Antho
nio bona de qb⁹ in petitione fit mētio:nō tñ diciť ibi qđ denť tanꝙ bo
na cōprehensa in vēditione Nicolai:nec in institutiōe facta p dictā do
minā Frāciscā nullo modo videť dictū instrumētū fundare intētionē
agentiū.quia per ea q in principio dixi hoc non sufficit: nisi probeť ꝙ
dict⁹ Johānes esset dñs. Et si bene inspiciať Gisbert⁹ in positiōibus
aut respōsionibus nō cōfitetur ꝙ Johānes de dicto tēpore quo dicta
bona assignauit Antonio esset dñs ꝛ nō sufficit dicere seu ꝯfiteri qđ te
nuerit p suis ꝛ tanꝙ suas:vt no. Inno.l.c.illud.i fi.de psump.ꝛ Bar.ꝛ
Ang.in.l.i.in fi.ff.p suo.ꝛ dñi de rota sua cōclusione.cccxv.ꝛ in termi
nis nr̄is ita determinat Bal.i addi. Spec.in titu.de positio.in.xi.col.
in versi.pone in rei vēdicatiōe ꝛc.vbi ad hoc allegat.l.titia.ff.de solu.ꝛ
etiā nō possunt dicti agētes se fundare ex positionibus Gisberti quas
ipsi negarūt.vt inquit Spe.in tit.de positio.§.octauo.versicu.primo.ꝛ
Bar.in.l.nō vtiqʒ.ff.de excep.ꝛ in.l.post legatū in prin.ff.de his qb⁹
vt indig.ꝛ i.l.naturaliter.§.nihil ꝯmune.in.vi.colū.ff.de acq.possef.et
Bal.in.l.ij.per illū tex.ꝛ in.l.sicut.cū si.C.de repud.heredi. ¶ Nec ob
2 stat etiā copia estimi producta primo q2 in illa non apparet qđ tēpore
quo Johānes per dictū instrumētū assignauit dicta bona Anthonio
haberet dicta bona descripta ad estimum. Preterea simplex scriptura
estimi regulariter etiā qñ est autētica nō pbat dominiū quo ad fauo
rem illi⁹ qui est ibi descript⁹.l.si pater.ꝛ ibi ad hoc illū pōderat Bald.
C.de actio.emp.l.solēnibus.ꝛ ibi notat Bal.in principio.C.de rei ven
dicat.ꝛ not.Bald.in.l.quidā in suo.in fi.ff.de condi.instiť.nisi quo ad
preiudiciū illarū personarū que estimo tali cōsensissent.l.censualis .C.
de dona.ꝛ no.Bar.in.l.rura.C.de omni agro deserto.libro vndecimo.
ꝛ in.l.quo quisqʒ.ff.de acquirē.rerū do.possemus etiā ad infringendū
dictū titulū discutere de simulatione dictorū cōtractuū.ꝛ etiā qđ nō est
probatū dictū Ludouicū fuisse heredē vniuersalē ex testamento An-
thonij put deduxit in articulis suis nec etiā aliter stāte maxime ꝙ ex
inspectione testamēti dicti Ludouici ꝛ etiā respōsione facta p agētes
trigesimeseptime positioni producte p reum apparet qđ Ludouic⁹ ha
buit fratrē suū.s.Bartholomeū q erat in humanis ēt post mortē dicti
Anthonij q2 satis sufficere puto pdicta ad ostēdēdū ꝙ p dictū assertū
3 titulū nō est probatū dñium. ¶ Nec etiā puto † esse pbatū legitime de
quasi dominio dictoꝝ agētiū:ad qđ ostēdendū psuppono qđ ad pba
tionē quasi dominij requiriť titulus ꝛ traditio possessiōis vacue vt cō
cludūt Doc.cōiter in dicta.l.cū res.ꝛ in.l.cellus.ff.de vsucap.ꝛ Johā.
and.in addi.Spec.in tit.de causa possef.§.nūc videndum.in additione
incipiente de hoc est ꝛc.ꝛ not.Bald.in.l.nam ꝛ postea.§.si petitor.ff.
de iureiurā. Sed nō est probatū ex dictis testium vel ex instrumētis vł
etiā ex positionibus dicti Gisberti vel agentiuꝫ si bene inspiciatur qđ
tēpore dicte assignatiōis facte per dictū Johānē Anthoniū de anno
M.cccc.xviii.die.xxiii.mēsis Martij dict⁹ Johānes possideret dicta
bona saltē adeo qđ haberet possessionē vacuā ſm qđ not.in.l.fi.in ṽbo
vacua.C.vnde vi.ꝛ in.l.i.C.de seruis fugi.per Doc.in alijs locis supra
pxime allegatis.ꝛ per cōsequēs constitutū seu precariū appositum in
dicto instrumēto aliter nō probato de possessione dicti Johānis tpe di
cti cōstituti nihil releuat ut colligiť ex not.p gl.in.l.quāuis.§.si cōdu
ctor.ff.de acqui.pol.p quā hec ibi notat Ang.ꝛ gl.in.l.ij.in verbo tra-
dita.ꝛ ibi expresse Ang.C.de acqui.pol.ꝛ no.Ang.in.l.quedā mulier.
ff.de rei vendi.ꝛ Bar.in.l.i.C.qñ lice.ab emp.di.ꝛ Ant.de bu.in.c.cū
venissent.de resti.spol.ꝛ in cōmēto.c.si.in.xvi.colum.de causa pos.facit
l.traditio.ff.de acquirē.re.do.ꝛ.l.fi.§.i.ff.ad velleia.cum simi. Nec ob-
stant huic quedā exceptiones opposite p pcuratorē Gisberti in quib⁹
videreť asserere ꝙ dict⁹ Nicolaus ꝛ Johānes semp possederūt ꝛc.q2
respondetur primo qđ loquunť de rebus de quib⁹ in primo instrumēto
scʒ vēditionis facte p Nicolaū nō sūt de rebus de quib⁹ in instrumēto
tituli ꝛ concessionis facte p Johānē ꝛ ꝙtum intersit inter vnū et aliud
dictū est.s. Preterea in dictis exceptionibus dicit qđ semper possedit
vt per testes Gisberti probatū est ꝛ sic refert se ad attestationes ꝛ p at
testationes nō est probatū qđ tpe concessionis facte per Johannē An
thonium

tonium dictus Johānes tūc vel ante possidere sed post, ergo ad illud tempus de quo in dictis attestatiōib⁹ intelligunt̄ restricta verba dicti procuratoris opponētis.l.ij.cū ibi no.p Bald.C.de errore aduo. facit l.ait ptor.§.j.ff.de re iudi.ꝛ.l.asse toto.ff.de here.insti.ꝛ illa dictio semper:verificari potest in decē vel.xx.annis.l.aduersus cū glos.ꝛ ibi not. Bal.ꝛ Saly.C.de vsuris.l.minime.ꝛ ibi no.Ang.ff.de legi.iūcta.l.de quibus.eo.tit.no.in.l.j.ff.so.ma.cū suis cōcordantijs.opposuit etiam dictus procurator contra dicta asserta instrumēta quod nō erāt autētica ꝛ scripta manu notariorum publicorū nec in cōtrariū reperio pro parte agentium esse sufficienter pbatū prout de iure requiritur vt not. in auten.at si cōtractus ꝛ in corpore vnde sumit̄.C.de fide instru.et per Bar.in.l.j.§.si quis neget.ff.quēadmo.testa.aperi.ꝛ per Docto.in.c. j.de fide instru.ꝛ Cy.in.l.comparatiōes.C.eo.titu.cum simi. ¶ Nec vi detur posse recte dici ꝙ sit pbatū ꝙ peruenerit possessio vacua postea ad dictum Ludouicum qꝛ respondeo ꝙ hoc non videt̄ probatum sed potius contrariū quia per plures ꝛ vt mihi videtur vrgentiores attestationes est probatum de possessiōe dicti Johānis scȝ post temp⁹ cōstituti hoc ē a.xxx.annis ꝛ citra vsqȝ in tēpus quo dicta bona donauit Gisberto:quidam etiā probāt de tēpore a.xxviij.annis.quidā.a.xxvj. ꝛ quidam a.xxv.ꝛ quidam a.xx.vt deponūt maxime Paulus ꝛ Mattheus:ꝛ rentius Anthonij ꝛ rentius coldinij ꝛ Nicoluti⁹ ꝛ Nicolaus ꝛ Anthoni⁹ mei ꝛ Peruganus ꝛ Mathus ꝛ Benedictus ꝛ Lucas Agētes vero conati sunt pbare de possessiōe anthonij ꝛ Ludouici sed per pauciores ꝛ debiliores attestatiōes testiū numero sex ꝛ aliquorū ex eis fides est attenuata ex pbationibus in cōtrarium factis vt est circa psonam nānis vizi:ꝛ Gabrielis ꝛ Johānis.nā fides nānis vizi est attēuata qꝛ probatū est per Paulū Jacobi de belforto ꝛ Anthonium Ludouici testes de odio ꝛ inimicitia † quā habebat dictus Nannes contra dictum Gisbertum.ꝛ dato qꝺ qualis ꝛ quāta inimicitia repellat ex toto testem cōmittatur iudicantis arbitrio vt no.gl.ꝛ Docto.in c.cū oporteat.in verbo inimicos.de accusa.ꝛ gl.iij.q.quinta in.c.accusatoribus in gl.que incipit argumentū ꝛc.ꝛ no.Bal.in auten.si dicat̄. C.de testi.tamen inimicitia ꝛ odium semper diminuit de fide testis et facit eum non integrū.vt no.Doc.in.d.c.cū oporteat.ꝛ Pet.de ancha. in consi.cxvij.incipiente in christi nomine ad corroboratiōnē predictorum contradicere etiā videntur attestationi dicti nannis plures testes Gisberti ꝛ potissime rētius Anthonij Nicoluti⁹ vernaȝ Nicolaus vernacie ꝛ rētius cēladucij quorum dictū preualet vt in.c.in nostra ꝛ plene no.de testi.attenuata est etiā fides dicti gabrielis quia apparet eū fuisse inquisitum de crimine falsi ꝛ carceratū pro illa falsitate ꝛ cōfessum in iudicio fuisse se tale crimen cōmisisse vt patet ex actis:ꝛ talis cōfessio reddit testē infamem vt tenet glos.in.l.actus et in.l.quoniam.ff. de infa.ꝛ Inno.in.c.sup his.de penis ꝛ Bal.in.l.j.in princ.ff.de his q no.infa.ꝛ dato ꝙ Bar.fuerit in alia opinione tamen saltē negari non potest quin saltē sit infamis infamia facti iuxta not.p Dy.ꝛ Jo.and. in regula infamibus ꝛ per gl.ꝛ Doc.in.l.j.in prin.ff.de his q notā.infa.ꝛ expressius p Bal.in.l.cūctos populos in quinta oppo.C.de summa trinita.quo casu testimoniū talis testis non est integrū.vt not.in.l. ij.§.due cause.ff.de carbo.edic.ꝛ ī dicta.l.cūctos populos. ¶ Debilitata est etiā fides dicti Johānis qꝛ affirmat qꝺ auus dictorum agentiū erat patruus ipsius testis ergo nō est eius testimoniū integrum p no. in.l.etiā matris.ff.de probat.ꝛ per Bar.in.l.admonendi.ff.de iureiuran.in.ix.colū.ꝛ in.l.aut affinitate.ff.de procura.cū si. Preterea iste testis nō recordatur de tempore actus possidēdi. ¶ Nec † etiā potest intentio agentiū procedere in petitione hereditatis quia aut volum⁹ dicere ꝙ remanserūt dicta bona in hereditate dicti Anthonij ꝛ ꝙ tāꝗ p bonis hereditatis Anthonij cōpetat dictis agētibus petitio hereditatis vel interdictū quorum bonorum.ꝛ certum est ꝙ hoc esse nō potest quia cū in libello narretur qꝺ postquā Anthonius possedit Ludouicus etiam possederit vt eius filius ꝛ heres sequit̄ qꝺ desūt posse competere petitio hereditatis ꝛ interdictū quorum bonorum tanꝗ de re hereditatis Anthonij.vt not.glo.j.in fi.c.j.in fi.de cōfessis.i.vj.et gl.et Bart. in.l.nec interest.ff.de fideicō.heredita.peti.ꝛ Cy.in.l.fi.prope antepe. q.C.de edicto diui.Aut nos volum⁹ dicere ꝙ remāserint in hereditate Johānis ꝛ istis agētibus tanꝗ heredibus Johānis cōpetat petitio hereditatis vel interdictū quorum bonorum.ꝛ adhuc dico ꝙ nō possunt in talib⁹ remedijs obtinere quia oportebāt apparere qꝺ ista bona remāserint in bonis dicti Ludouici tēpore mortis sue.l.ij.C.quorū bo.sed non est probatum imo nec allegatū qꝺ dictus Ludouicus possideret seu teneret tempore mortis sue dicta bona imo est probatū contrariū qꝺ illa tenta ꝛ possessa fuerūt per Johānem Nicolai bonauertis vsqȝ in tps quo illa bona donauit dicto Gisberto ꝛ ꝙ dicti Anthoni⁹ et Ludouic⁹ sciuerūt ꝛ passi fuerūt dictū Johannē possidere vt deponūt Paulus de lagamberta Benedict⁹ de lagamberta ꝛ rētius coldici ꝛ alij testes de quibus dixi supra nec dicatur ꝙ quo ad dominiū vel quasi remāserint in hereditate dicti Ludouici qꝛ supra puto ostēdisse in Ludouicū non fuisse translatū dominiū vel quasi. ¶ Accedit † etiā quia petitio hereditatis nō datur cōtra possidentē cum titulo.l.regulariter.ff.de peti.heredi.ꝛ.l.hereditatis.C.de peti.here.ꝛ.l.j.cū ibi no. ff.quorū bo.ꝛ Gisbertus pro dimidia quā possidet habet titulū donationis a dicto Johā.ꝛ tēpore quo Johānes sibi donauit ꝛ ei⁹ Gisberti nomine possidere cōstituit est probatū per dictos testes Gisberti qꝺ Johānes possidebat ꝛ qꝺ postea dict⁹ Gisbert⁹ possedit sciēte ꝛ patiēte dicto Johāne ꝛ p cōsequēs potior debet esse causa Gisberti.l.si ue autē.§.si duobus.ff.de publica. ¶ Nec obstat si diceret̄ † qꝺ dict⁹ titul⁹ donationis habet̄ p nō titulo eo quia fuit dict⁹ titulus collatus a Johāne parte Guidonis ꝛ qꝺ ad Guidonē spectabāt dicta bona vt aduētitia vigore legati sibi facti a dicto Ludouico iuxta.l.j.in fi.C. de bo.mater.iuncta.l.necvllā.§.oibus.cū seq.ff.de peti.heredi.qꝛ respōdeo qꝺ illud testamentū parum in hoc operari videt̄.nam in testamēto Ludouici dicit̄ qꝺ ipse legat dicto Guidoni omnia iura et res que ꝛ quas Antoni⁹ pater eius habuit a Nicolao bonauere ꝛ a dña Frācisca eius vxore intelligēdo de bonis que ipse Ludouic⁹ tūc habebat penes se.Sed non apparet qꝺ dictus Ludouicus tēpore testamēti habe ret dicta bona penes se:ergo ꝛc. Preterea dictū legatū fit de reb⁹ ꝛ iuribus acquisitis a dicto Nicolao ꝛ a dña Frācisca sed ista bona saltem excepta dimidia domus habuit a Johāne dicti Nicolai:ꝛ nō cōprehenditur ex inspectione testamenti dñe Francisce nec ex instrumēto venditionis facte per dictū Nicolaū dicto Anthonio quod ista bona cōtenta in libello sint illa de quib⁹ in dictis testamēto ꝛ instrumento venditionis fit mentio vt etiā supradictum fuit. ¶ Deniqȝ nō apparet quod tempore dicte donationis dictū legatū fuisset agnitū per dictū Guidonē ꝛ patrem eius legitimū administratorē fm formā.l.fi. in prin.iuncto.§.fi.C.de bonis que lib.ꝛ per predicta apparet superuacuum esse discutere de effectu repudiationis aut cessionis facte p dictū Guidonē circa dictū legatū.ꝛ cōprobatur hoc quia dict⁹ Guido nō potuit per se sine patre renuntiare dicto legato.imo renuntiando deuolueretur in patrem.vt in.d.l.fi.in princip.iuncto.§.fin.versicu.que in legatis.C.de bonis que lib.nec potuit Guido sine patre suo illud ius legati in alium transferre.vt dicta.l.fi.§.filiū autē.nō inficior tamen qꝺ mihi aliquā precedentis machinationis suspitionē dictū legatum intulit:cōcurrentibus aliquibus alijs de quibus in processu ex quib⁹ non solum iuris rigor verum etiā ꝛ equitas me in hāc sententiā traxit. Et quib⁹ oibus pro reformatiōe pme sentētie late in fauorē dicti Gisberti cōsulo dictū Gisbertū a petitione dictorū agentiū debuisse ꝛ debere diffinitiue absolui nō dico ex causa inserta in dicta sentētia sed ex alijs causis maxime supra deductis:ꝛ ex iusta causa litigādi vtrāqȝ partem ab expensis omnibus absoluendam fuisse et esse. Alexan.

¶ Summarium super consilio.clxxxiij.

1 Actore non probante reus absoluitur.

2 Ad hoc vt testis probet in his que percipiunt̄ potius ex ratione mentis ꝙ ex sensu corporis testis non probat nisi rationem reddat.

3 Si quis tarde adhibuit medicum est ita sibi imputādum ac si nullum medicum adhibuisset.

¶ Consilium.clxxxiij.

¶ An ad probandum equum fuisse sanum et ad probandum valorem equi:ꝛ etiam ad probandum cōmodatarium commisisse culpam circa equum sit necesse quod testis reddat rationem dicti sui etiam nō interrogatus.ꝛ quid si quis adhibuit medicum tarde ad curam infirmi imputetur ei sicut si nullum adhibuisset.ꝛ quid si testis in vno deponit falsum an in omnibus perdat fidem:ꝛ an pater teneatur pro cōtractu celebrato per filium cum consensu patris.

Omnipotentis dei inuocato suffragio.viso processu cause vertētis inter vincētiū armigerū ex parte vna agētem ꝛ ruffinū de verona ac Thadeum eius filium ex altera se defendētes attingam ea que vident̄ mihi magis substantialia ꝛ cōcernētia merita cause ex quib⁹ mihi videtur de iure cōcludendum partes domini iudicantis esse in absoluēdo dictos reos cōuentosa petitis:qꝛ nō est probatū id qꝺ incūbebat actori ideo succedit regula ꝙ actore nō pbante plene reus venit absoluēdus. l. q accusare.C.de eden.c.j.vt ecclesiasti.benef. Quod aūt nō sit probatū. nam posito † qꝺ diceremus esse probatū de cōmodato equi tamē attēto qꝺ actor fatetur equū sibi restitutū sed deterioratū culpa cōmodatarij ꝛ infirmū adeo ꝙ inde mortuus est.ꝛ sic vult actor inferre reū nō esse liberatum ꝛ qꝺ varijs actiōibus adhuc possit cōueniri vt habet̄ in l.ij.§.si reddita.ff.cōmo.l.j.§.si res deposita.ff.deposi.l.qui sibi.§. qui stichū.ꝛ ibi plene per Bar.ff.de solu.ꝛ per gl.ordinariā in.l.elegāter. §.non solū.ff.de dolo.ꝛ per Cy.in.l.exhibitionis.C.ad exhiben. nihilominus nō esse probatū qꝺ hic equus fuerit redditus deterioratus culpa cōmodatarij quia non sunt sufficienter probata legitime ista duo extrema necessaria scȝ ꝙ tēpore quo equus fuit cōmodatus esset sanus ꝛ qꝺ postea fuerit restitutus deterioratus culpa cōmodatarij. ¶ Et licet ad probandū † qꝺ esset sanus sint inducti duo testes:scȝ Laurētius famulus magistri Pauli mariscalchi:ꝛ iste nō pbat quia ad hoc vt testis probet in his que percipiunt̄ potius ex ratione mētis vel peritie quā ex sensu corporis:testis nō probat nisi rationē dicti sui hoc inferētem reddat:etiā si de ea non sit interrogatus.vt not. Innoc.ꝛ alij post eum in.c.cum causam que inter archiepiscopum de testi.ꝛ Specu.ꝛ Johan.and.in titu.de testi.§.nunc tractandum versi.quid ergo si quis petit cuȝ versi.sequēti.ꝛ no.legisse maxime Bal.in.l.iij.C.de testi.ꝛ in l.cum hi.§.j.ff.de transac.ꝛ Bar.in suo tractatu de teste.sed iste testis non assignat rationem dicti sui.ergo non probat.quinimo nō probat alia ratione.quia ipse nescit an ille equus tūc vel quādo fuerit postea

habitus p Tadeuz. Itē est singularis. alius testis est dominic⁹ Jochanini z iste etiam nō reddit aliquam causam sciētie dicti sui. ex qua declarat φ intellexerit equum tūc esse sanum: ergo nō probat per proxime dicta. Preterea iste testis est periurus z deprehendit de falso quia interrogatus q̄to tempore vixit equus postφ fuit restitut⁹ per tadeū respondit φ p duos dies cū dimidio. z sic voluit limitate loqui. et tamen ceteri testes deponūt de multo pluri. naz Gabriel deponit φ iuit postea ad medicandū equū per dies sex vel octo z magister Paulus eius pater dicit φ curauit eū per quatuor vel quinq̄ dies z testi periuro vel deponenti falsum in vno. nō credit in aliquo. c. testimonium de testi. ix. di. c. sicut sacras. z ibi no. Archi. z firmat gl. in. c. in nr̄o. in prin. gl. magne de testi. z Inno. in. c. fraternitatis de hereti. z Spe. in tit. de testi. §. j. versi. item φ aliquid de suo. z doc. maxime Bal. z alij post eū in. l. si ex falsis. C. de trāsac. z Oldr. in consi. xxxvj. incipiēte ad primam. q. zc. et est communis cōclusio doctorū vbiq̄. ¶ Preterea posito φ esset probatum φ equus tūc fuisset sanus quādo fuit commodatus z consignatus Tadeo qd tamen in veritate non est probatum nō potest dici esse probatum legitime aliud extremū necessarium: scz qd q̄n equus fuit restitutus esset deterioratus seu infirmus ex culpa dicti Tadei. nā Rizinus de gabraneda armiger prim⁹ testis de hoc nihil dicit de infirmitate aliqua nisi φ audiuit Tadeum dicentem φ dum applicuisset ad terrā de cigulis equus erat straccus ita z taliter φ ipse nō poterat eqtare sz φ esset infirm⁹ aut φ aliqua culpa Tadei interuenerit nihil dicit z sic dictū istius nō cōcludit z per consequēs nō releuat. c. in presentia de proba. l. neq̄ tales. C. de pba. Item iste testis est vnicus et singularis in dicto suo, ergo non pbat. l. iurisiurandi. C. de testi. c. in oi negotio de testi. ¶ Preterea deponit φ ista verba fuerūt prolata absente vincentio z sic non potest dici φ faciat semiplenā probationē q2 si esset probata per duos testes nō faceret nisi semiplenā probationē. c. fi. de successio. abinte. l. fi. ff. de interroga. ac. l. certū. §. si quis absente. de confessis no. Bar. in. l. admonēdi. ff. de iureiurā. in. viij. z. xij. col. cuz si. ¶ Gabriel secūdus testis potius pbat contra vicentiū: quia deponit φ prima die qua vidit equū visum est sibi φ equus non patiebatur nec infirmus erat, vnde de eo qd ex post superuenisset nō teneref Tadeus z de nulla culpa cōmissa per Tadeū deponit. ¶ Magister paulus qui deponit de vno equo baio etiā non pbat φ quando Tadeus restituit, equus esset infirm⁹ aut tale quid ex eo quo inferat φ tēpore restitutionis esset infirmus. Itē dicit φ si debita medicamēta fuissent facta a principio seu incontinēti potuisset equus sanari dicit tamē se non

3 affirmare z posito qd nō affirmet: tamē † de iure habemus φ si quis tarde adhibuit medicū ita sibi imputandum est sicut si nullū medicum adhibuisset. vt notāt moderni in. c. significasti. el secūdo de homici. fa. cit. l. qui occidit. §. fi. ff. ad legē aqui. z quod no. maxime per Bal. in. l. si ab hostib⁹. §. fi. ff. solu. matri. iuncta. l. si rem. §. fi. ibi dūtamen zc. ff. de euictio. sed equus ḋm qd dicunt testes actoris fuit restitut⁹ vna die hora. xxiij. z postea distulit vicentius vsq̄ ad diē sequentē adhibere medicū aut denuntiare Tadeo z dicit Gabriel qd fuit die sequēti in sero vocatus licet Dn̄icus dicat φ fuit die sequenti in mane z nō videt iste testis legitime pbare culpā Tadei licet dicat simpliciter qd culpa Tadei mortuus est moueor per id qd dicit notabiliter Barto. in consilio suo incipiēte cōmune lugnani vbi cōsuluit φ licet testes deponant φ fundus cōductus fuerat dānificatus culpa z negligētia cōductoris si tamen testes non exprimunt in quo fuerit cōmissa culpa vel negligentia nō dicetur esse probata culpa vel negligētia quia debet pbari culpa limitate z certe. allegat id qd habetur in. l. pretor edixit. in princi. ff. de iureiur. l. aut qui aliter. §. j. ff. qd vi aut clam. c. vt circa. de elec. lib. vj. c. presentiū de testi. insuper isti testi non est credendum quia periurus et falsus z alijs testib⁹ 2trari⁹. vt dixi p not. in dicto. c. in nr̄a. ¶ Quinimo in contrarium pro parte rei sunt producti testes ad probādum φ tēpore restitutionis equus erat san⁹ vt deponit aperte Johānes Dominicus z reddit rationē φ equus incontinenti incepit comedere z qd erat gagliardus vt verbis suis vtar z sup hoc etiā deponit Rizius zanoni z dato φ aliquo modo posset argui cōtra pbationē istorū duorū testiū tamē multomagis argui potest pbatio testiū vincētini φ nō cōcludat φ equus fuerit tpe restitutiōis deteriorat⁹ culpa Tadei. vt ptz ex p̄missis z vbi sumus i dubio an interuenerit culpa Tadei nō potest ex culpa condēnari vt in notabili exēplo ad ppositū decidit Bal. in. l. si creditor. C. de pigno. actio. ¶ Rursus in alio defecit q2 nō pbauit de p̄tio equi. nā magister Paulus solus de hoc deponit z dicit qd nescit cui⁹ etatis esset equus saluo φ erat vnus pulcher roncin⁹ z φ credere suo erat valoris circa ducatorū duodecim. Sed ita est de iure qd q̄n testis in dicto suo deponit p dictionē circa: nūφ d2 pbare: q2 nō cōcludit nec determinate loquit. ita notabiliter pbat in. c. fi. de despōsa. impub. ppositio dicit Bar. in tractatu de teste in. ij. col. φ in estimatiōe eq z fundi requirit diligēs inuestigatio aliter φ in estimatiōe frumēti vel si nullū testis deponēs de valore fundi vel equi etiā si nō sit interrogat⁹ debet reddere rationē dicti sui: alias nō probat p no. p Inno. in. d. c. cū cām. z dicit Bar. i loco prime allegato φ adhuc vehemētior discursus requirit in estimatiōe equi φ in estimatiōe fundi z in pposito nostro dict⁹ testis nō assignat rōne dicti sui: imo dicit φ nescit cui⁹ etatis eēt equus qd est maximū i estimatiōe equi istud etiā i effectu voluit Bal.

in repetitione magna. l. ij. in prin. vltime charte. C. de rescin. vendi. z in. l. fi. in fi. C. de iure do. impe. z in. d. l. ij. C. de testi. Ex quib⁹ omnib⁹ cōcludit φ intētio dicti vincētini neq̄ plene neq̄ semiplene pbata est cōtra Tadeū z per cōsequens partes iudicis sunt in absoluendo eum et multomagis in absoluendo Ruffinū patrē eius q2 etiā posito φ appareret Ruffinū cōsensisse cōtractui predicto. s. cōmodato celebrato p filiū si aliter de promissiōe z obligatiōe Ruffini nō apparet nō obligatur pater ex dicto 2tractu. nisi quādo filius haberet peculiū a patre cōcessum q2 tūc pater obligat vsq̄ ad vires peculij̄ qd habet in. l. lucius titius. ff. de administra. tuto. z in. l. j. §. si ratū cum glos. ff. quod iussu. z not. Bar. in. l. j. C. de decurio. li. x. z in. l. si cū dotem. §. transgrediamur. in fi. ff. soluto matri. Alexan.

¶ Summarium super consilio. clxxxiiij.

1 ☞ Testimonium receptum a iudice valet.
1 Quando cōfiteor cōtenta in tali instrumēto esse vera licet instrumētū non sit solenne non tamen infringitur eius confessio.
3 Testis interrogatus an titius fecerit testamentū tali anno et dixit sic: interrogatus quomodo scit z reddat rationē q2 vidit scripturā valet.
4 In dubio pecunia intelligitur data ex causa depositi.
5 Quādo fit mētio de fide facienda vl̄ nō faciēda intelligitur de plena.
6 Quādo agitur de cōparatione publici instrumenti comparatio facit plenam fidem.
7 Satis presumptiue probaf de tabellionatu quādo notari⁹ fecit multitudinem instrumentorum.
8 Calumnie cauillationes rej̄ciende sunt.
9 Quando testis deponit de tēpore determinato z addit dictionez vel circa: non dicitur concludenter probare. z nu. 10.
11 Deponens qd audiuit mille vicibus et vltra nō cōcludit φ audiuerit a maiori parte. z nu. 12.
13 Verba et per alios, verificantur in duobus.
14 Fama negatiue probata preualet probate affirmatiue.

¶ Consilium. clxxxiiij.

¶ Si testis refert se ad instrumentum z illud instrumētum sit inualidum an probet? z si statutū dicit qd nisi in instrumēto sit subscriptio secūdi notarij nō adhibeatur fides intelligatur quod nō adhibeatur fides plena nec etiā semiplena. z an numeratio facta simpliciter intelligatur ex causa depositi. z an per cōfectionem plurium instrumentorum ab vno tanφ notario probetur illum esse notarium et an comparatio publici instrumēti faciat plenam fidez? z quomodo probef quē esse vsurarium et fama qd sit vsurarius. z si statutum qd debitum per vsurarium non possit exigi si probetur per sex testes fuisse famam eum esse vsurarium intelligatur solum de fama que fuerit tempore celebrationis dicti debiti vel ante non post.

Omini redemptoris nostri innocato suffragio. Viso pcessu cause vertētis inter spectabilem artiū z medicine doctorē dn̄m magistrū Philippuz z fratres de badalochijs ex parte vna agētes tāφ heredes dn̄i Johānis de badalochijs z pelegrinū quondaz Anthonij de crila ex alia se defendentē. sentio de iure partes domini iudicantis esse in condēnando iuxta cōtenta in petitione agentium: quia probata videtur eorum intentio circa dictam obligationem centum ducatorū de qua in libello fit mentio. z pro parte rei nō sunt probata excepta que excludāt agētes ab eorū intentiōe. Quod autē sit probata intentio agentiū patet: primo per attestationem Christophori de zambernardis q primo examinatus die. xj. Maij. M. cccclxxj. super dicta obligatiōe ducator̄ cētū dixit se referre ad instrumentuz de quo ipsemet fuit rogat⁹. post ea etiam iteruz examinat⁹ die. xxij. Augusti. eiusdē anni et exhibita sibi imbreuiatura z protocollo in quibus continebaf dicta obligatio ducatorum centum cōtracta inter dictū dn̄m Johānē deponentē z dictū Anthoniū depositariū attestatur illam imbreuiaturam et protocollū esse de manu sua. z qd contenta in ea sunt vera prout in ea est scriptuz sed qd nō recordatur de subscriptione secundi notarij apposita in dicto instrumento nec de numeratione ducatorū de quibus in protocollo fit mentio. ex his igitur apparet † testem istū facere omnino saltem semiplenam probationem, tum quia se refert ad instrumentum de quo ipsemet extitit rogatus et tanφ rogarus in scripturā predictam redegit et tale testimoniū receptum a iudice valet. vt no. Bart. in. l. eos. in vltima col. ff. ad legē cor. de fal. arg. l. qui liberis. §. testamēto. ff. de bo. pos. ḋm tab. z. l. j. §. si filius. ff. de leg. ij. z. l. querebatur. z. l. tribunus. §. j. ff. de testamē. mili. facit. l. ait pretor. §. j. cum si. ff. de re iudic. z. l. esse toto. ff. de heredi. insti. c. cū si. z no. Bar. z alij in. l. legata inutiliter. ff. de lega. primo z Bal. in. l. gesta. in prima colum. C. de re iudic. z in. l. fi. C. de testi. z Antho. de but. in. c. cū i tua. de testi. z Pet. de ancha. i clemē. testibus ad fi. de testi. facit quod not. Bar. in. l. j. in penulti. colū. ff. si certi pet. z in. l. theopompus. in pe. q. ff. de dote preleg. cū suis 2cordantijs.

2 ¶ † Et posito qd etiam aliquo modo dici posset dictum instrumentum esse inualidum eo q2 nō esset probatū qd ibi esset subscriptio secūdi notarij requisita ex forma statuti tamē hoc nō impediret quin vbleret attestatio dicti Christophori quatenus se referret ad cōtēta i dicto tali instrumēto. pbaf per ea que no. Inno. in. c. cū venerabilis. de excep. z Bal. in. l. alia circa mediū. in ver. sed pone qd quis confitetur zc. C. de

his quibus

his quibus vt indig. vbi concludunt qꝫ si cōfiteor cōtenta in tali instru
mento esse vera licet illud instrumētū sit nō solēne, vt qꝛ non sit ibi dies
⁊ cōsul vel nō sint testes aut similes solēnitates non per hoc infringit̄
dicta confessio. ita in ꝓposito dictus Christophorus refert se ad dictā
scripturā manu sua et sic affirmare dicitur ea que in ea continētur. d. l.
ait pretor. §. j. et propter scripturaꝫ factā manu sua recordatur ita esse.
3 que ratio militat siue scriptura illa sit solennis siue nō. ¶ † Bene facit
quod not. bar. in dicta. l. j. in penul. colū. ff. si cer. peta. vbi dixit qđ si te-
stis interrogat' an titi' fecerit testamētū tali anno et mense ⁊ die tali:
dixit ꝙ sic. interrogatus quomodo scit: respōdit quia vidit scripturā ab
ipso teste factam et propter illam recordat̄ probat optime. ⁊ dicit̄ assi-
gnare bonam rationē dicti sui. per. l. iubemus. ⁊ ibi hoc etiam no. Bal.
C. de testa. ⁊ l. si qs ex assignatorib'. ff. queadmo. test. aper. ¶ Nec ob
stat ꝙ iste testis in secunda attestatione dicat ꝙ nō recordat̄ de nume-
ratione ducatoruꝫ de quibus fit mentio in dicto protocollo quia per
hoc non est quin probet. nec per hoc dicit aliquid repugnās prime exa
minationi quia in dicta scriptura seu imbreuiatura nō dicitur ꝙ tēpo
re confecti instrumēti fuerit numerata pecunia in presentia notarij, sed
solum probatur per instrumētū de cōfessione dicti Anthonij ꝯfitētis
se habuisse in presentia notarij ⁊ testium nō aūt dicit notari' in scriptu
ra ꝙ habuerit ⁊ receperit in p̄sentia ipsius notarij vt patet per illa ver-
ba vꝫ quos ducatos cētū auri dixit habuisse ⁊ recepisse in p̄sentia mei
notarij et testium infrascriptorum ⁊c. que verba intelliguntur esse v̄ba
confessionis dicti Anthonij relata per notariū nō aūt verba notarij vt
not. Bar. ⁊ alij post gl. in. l. si ex cautione. C. de nō nume. pecu. ⁊ bal. in
l. si ex p̄cio. ⁊ in. l. si absentis. C. si cer. peta. ⁊ in. l. vnica. in. x. colū. C. de co
fessi. ⁊ An. de but. in. c. si cautio de fide instru. ¶ Supplet̄ probatio re
sultās ex attestatiōe dicti Christophori per id quod attestat̄ Andrio
lus in prima ei' examinatiōe facta die. xiiij. mensis Maij. nam depo-
nit se interfuisse numerationi dicte pecunie ascendētis ad summam du
catorū cētū facte per dictū dñm Johānē dicto Anthonio i arce guar
dasoni ⁊ qꝛ tunc ibi non erat notarius dictus dñs Johānes misit Bo
nifaciū filiū suū cū dicto Anthonio ad mōtem lugulū et ꝙ ibi recipe-
ret obligationē dicti anthonij nōie ipsius dñi Johānis redigēdā i scri
ptura per dictū Christophorum notariū: ⁊ ꝙ ita factū fuit. ⁊ licet di-
cat ꝙ nescit ex qua cā facta fuerit numeratio p̄dicta tñ ostēdit in testi-
ficatu suo sup istā causā. s. vt dictus anthoni' iret ad mōtē lugulū ⁊ ibi
se obligaret dicto bonifacio recipiēti nōie dicti dñi Johānis ad resti
tutionē dicte pecunie. vt clare patet ex verbis dicti andrioli ibi dū dicit
obligationē reciperet. ⁊ ibi dū dicit: ⁊ pro restitutione quorū obligauit
4 ⁊c. ¶ † Preterea qñ sumus in dubio ex qua causa pecunia data fuerit
intelligit̄ in dubio ex causa depositi vt in ꝓposito nostro firmat Bal.
in. l. incendiū. C. si certū petatur in fin. et no. glo. in l. die sponsaliorum
§. j. eod. titu. ⁊ Paul. de cast. in. l. lucius la prima eodē titulo si bal. in. l.
cum quid lectura antiqua. ff. si certum petatur. ⁊ saltem hoc est verū in
casu nostro scilicet quādo apparet coniectura ꝙ ex causa depositi fue-
rit numerata. in hoc eñ attenditur coniectura per nota. per glos. ⁊ do-
cto in dicta. l. cum quid ⁊ in dicta. l. incendium ⁊ in ꝓposito nostro est
cōiectura quod pecunia a principio fuerit per dominū Johānē nume
rata ex causa depositi qꝛ paulopost fuit confessus dict' anthonius di-
ctam pecuniā habuisse ex causa depositi vt in scriptura ⁊ attestatione
Christophori apparet: vnde per ea que incōtinenti sequuta sunt decla
ratur que fuerit a principio intentio cōtrahentium. l. si ventri. §. fi. ⁊ qđ
ibi Bar. ff. de priuileg. cred. ⁊. c. officij de elec. q̄ not Johā. an. in addi.
Specu. in titu. de deposito. in rubrica in versi. fuit etiā questio. ⁊ atten-
to ꝙ dict' Christophorus fuit ⁊ est notarius. ⁊ sic est approbate fidei
operatur ei' attestatio. vt etiā dato ꝙ testimonium andrioli aliqua ra
tione non esset oīno integrum. tamen vnius testimoniū per aliud sup-
pletur. l. si quis ex argentarijs iuxta princi. cū ibi no. per Bal. ⁊ Ang.
ff. de eden. ⁊ no. Bal. in. l. j. C. de testa. ⁊ Saly. in. l. in bonefidei. C. de re
5 bus credi. ¶ Accedit † vltra depositiones dictorū testiū ipsa scriptu-
ra ⁊ imbreuiatura Christophori notarij recognita per eūdeꝫ Christo
phorum cuius dicto statur ꝙ sit demanu sua. l. si quis decurio cum gl.
⁊ ibi doc. C. ad legem cor. de fal. in qua aperte cōstat de huiusmodi obli
gatione. ⁊ posito ꝙ non esset probatum plene adhibitum fuisse ſm no
tarium ⁊ statutum dicat ꝙ tunc nō adhibeatur fides tali instrumēto
tamen dictum statutū intelligitur de plena fide quia quando fit men-
tio de fide facienda vel nō facienda intelligitur de plena. vt no. gl in cle
men. cōstitutionē in verbo fides de elec. sicut quando fit mētio de pro-
batione intelligitur de plena. vt no. Bar. in. l. ait p̄tor. §. j. ad. fi. ff. de re
iudi. ⁊ Bal. in. l. peremptorias in vlti. col. C. de ꝓba. vbi ad hoc allegat
l. lucius. ff. de condi. ⁊ demon. vnde dictū statutū non intelligitur inua
lidare dictam scripturam nisi quo ad hoc vt per se sola nō faciat plenā
fideꝫ: sed iuncta cum alijs adminiculis bene probabit sicut etiā no. di-
cit Barto. ⁊ alij post eum in. l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cer. pe. dū
p ibi notata p gl. voluit ꝙ si statutū prohibet ꝓbari posse debitū vltra.
xx. libras p testes nō itelligit̄ ꝓhibere ꝓbari posse p testes simul cū scri
ptura. vt etiā no. Jo. an. in addi. spec. in titu. de fructi. et interesse. §. fi.
in fi. ⁊ Bald. in auf. sed nouo iure in. iiij. colū. C. si cer. pe. ⁊ in. l. fi. C. de fi
deicō. ⁊ Saly. in auf. cassa. C. de sacrosan. eccle. ⁊ Pet. de anch. in regu
la accessorum in. iiij. q. ⁊ in commento. c. canonū statuta de constitu. in
versi. circa istam extensionē alibi singulariter ⁊c. et Johā. de imo. in. c.

auditis de resti. in integ. benefacit tex. in. c. series. ſm vnū intellectū do
ctorum de test. et ideo ſm Bal. valde notabiliter in. d. §. quoniā in vlt.
colū. stante dicto statuto ꝙ per testes nō possit fieri ꝓbatio si ꝓducta
fuit scriptura priuata. et ei fuit imposita fides per testes valebit huius
modi ꝓbatio nō obstāte dicto statuto. allegat in argumen. d. l. si quis
6 ex argētarijs iuxta princip. ¶ Cōcurrit etiam quia † est ꝓbatū per An
driolum predictum ꝙ Anthonius predictus tanꝙ secundus notari'
se subscripsit in instrumēto. de quo fuit rogatus dictus Christophor'
ꝓducta etiā sunt plura instrumenta publica in quibus continet̄ ꝙ di
ctus Anthonius se subscripsit p secūdo notario. ⁊ ita est in eis postea
subscriptio sub nomine dicti Anthonij tanꝙ secundi notarij ⁊ potuit
dict' Anthoni' subscribere pro secūdo notario dicto instrumēto con-
fecto cōtra se. l. non putauit. §. si qs sua manu. ff. de cōtratab. ⁊. l. ex sen
tētia. ff. de testa. tu. l. impuberē. §. fi. ⁊ ibi no. Bar. ff. ad legē cor. de fal.
et no. etiā Bar. ⁊ alij in. l. si consul. ff. de adop. ⁊ in. l. ij. ff. de stipula. ser-
uo. et Bal. in auf. contra quia propriam in prima columna. C. de non
nume pecu. ⁊ Antho. de bute. in. c. j. de fide instrumen. ⁊ quādo agitur
de cōparatione publici instrumenti: cōparatio facit plenam fidem. §. si
vero null'. ⁊ ibi no. Jaco. de belui. in auf. de instru. cau. ⁊ fide. ⁊ notat
etiā ipse in ea. auf. §. fi. vel ſm gl. in. l. comparationes et auf. ibi posita
C. de fide instrumen. committitur. iudicantis arbitrio ⁊ quādo tracta
tur de comparatione facienda ad publicum instrumentū celebratum
super contractu de cuius substantia non erat scriptura tunc saltē quo
ad adminiculum potest fieri comparatio etiaꝫ non seruata illa subtili
solennitate que traditur regulariter in comparatione facienda vt not.
voluit Richo. de matha. ⁊ Bal. in auf. sed nouo iure circa quartā vel
quītam colū. C. si cert. peta. vbi ad hoc inducunt id qđ habetur in auf
de instrumen. caute. ⁊ fide. §. sꝫ et his in fi. nō videt̄ ergo posse infirma
ri ꝙ hic multa non concurrent. s. ⁊ dicti duo testes ⁊ dicta imbreuiatu
ra Christophori ⁊ dicta allata subscriptio adiuuata cū dictis admini
culis. vnde posito ꝙ etiā illi duo testes seu aliquis eorū in aliquo defice
ret adhuc essemus in regula q̃ habet: que singula nō iuuāt multa ꝓsūt
c. causam q̃ de ꝓba. cū ibi plene not. ⁊ voluit glo. not. in. l. ij. circa prin-
7 cip. ff. de excusa. tuto. ¶ Et p dictam † multitudinem instrumentorum
in quib' fit mentio ꝙ dictus Anthonis adhibetur p secundo nota-
rio satis dici potest p̄sumptiue probari de tabellionatu eiusdē. vt no.
specu. in titu. de fide instrumen. §. restat versi. illud etiam notādū ⁊ do
cto. in. c. j. de fide instrumento. ⁊ Bal. in. l. ad testium. §. conditionem.
ff. de testa. ⁊ Ange. in auf. de tabel. in princip. l. ij. colū. ⁊ in. l. j. C. de test.
⁊ saltem quando apparet ipsum fuisse habitum talem per decenniū. vt
egregie traditur p Bal. C. de seruitu. et aqua. in. l. ij. in. ix. colū. in ver
si. nunc de quinto puncto. ⁊ in. l. ij. C. de sentē. et interlo. om. iudi. ⁊ p Sa
ly. in. l. j. in vltima colum. C. de testa. ar. l. cuꝫ de in rem verso. ff. de vsur.
⁊. l. si fili'. C. de peti. here. ⁊. l. post mortem. ff. de adop. ⁊ not. Bar. in. l.
8 barbarius Philippus in fi. ff. de offi. pretor. ¶ Ex his apparet etiaꝫ
ꝙ † q̄uis aliter non procederint ad aliam comparationē dicte subscri
ptionis cum dictis instrumentis productis tamen esse sufficiēter ꝓba
ta intentio dictorum agentiuꝫ per superius dicta. et pro ista parte libē
ter cōsului: qꝛ mihi videt̄ plurimū amica veritati reiectis calumnijs ⁊
cauillationibus que reijciende sunt: vnde ad propositum inquit Bal.
quod dicta testium sunt iuuanda non calumniāda. ita inquit ipse in. l.
de quib' in vlti. colū. ff. de legi. ⁊ in rubrica. ff. de rerum diui. ⁊ in. l. ij. C.
de tem. ap. per notata per gl. in. l. stipulatio ista. § hec quoqꝫ. ff. de ver
bo. ob. ⁊ per notata per Bar. in. l. j. ff. si cer. petat̄ vnde nō puto admit
tendum si quis diceret ꝙ testes varient in persona contrahentis. attē
to ꝙ Christophorus referendo se ad instrumentum videtur deponere
ꝙ ꝯtct' fuit celebrat' cū Anthonio de crola filio Pauli dicti furlini ci
uis Parme. Andriolus vero deponit qđ dictus ꝯtractus fuit celebra
t' cū Anthonio de furlonib', qꝛ respondeo ꝙ Andriolus in suo pri-
o testificatu dicit ꝙ dicta pecunia fuit numerata Anthonio de furloni
b'. vt supra nominato ⁊ supra in illa scriptura attestationis Andrioli
fuit nominat' Anthoni' de Crola vt pater dicti Peregrini. itē cessat
obiectio: qꝛ etiā Christophor' referēdo se ad instrumētū dicit ꝙ alias
vocabāt furloni. ad hoc benefacit. l. lucius ibi qui et Phyllus vocat̄
ff. de fideicom. lib. ⁊ qđ ibi not. Barto. qui alias ponit in. l. imperator
eo. titu. ⁊. l. decernimus. ⁊ ibi Bar. C. de aqueduc. lib. xi. probatur etiaꝫ
p testes peregrini ꝙ dictus Anthoni' pater peregrini vocabat̄ An
tonius de furlonib' vt deponit maxime Vincenti' de cantellis ⁊ Gu
9 lielmus de Rizijs ⁊ Appollonius. ¶ Nūc † videndum restat an reus
probauerit intentionem suam super exceptione p̄scriptionis per sex te-
stes vt requirit statutum volēs ꝙ transcurso decennio infra qđ fenera
tor debitum nō petierit in iudicio vel extra si debitor vel eius heres ꝓ
bauerit debitū fuisse vsurarium ⁊ etiā probauerit per sex testes fide di
gnos p publicā vocē ⁊ famā deponētes talē creditorē fuisse vsurariū
seu feneratorē nō possit fenerator agere. vt lati' in dicto statuto cōtine
tur in quo respōdeo reū nō probasse intentionē suā aliquo mō vt clare
constat ex inspectione attestationū dicti peregrini. Nā Christopho-
rus de la costa prim' testis nō probat. primo quia deponit ꝙ possunt
esse anni. xxviij. vsqꝫ in. xxx. vel circa elapsi ꝙ audiuit dictum dominuꝫ
Johannē esse vsurariū. et sic cōcludit de necessitate ꝙ tempore dicti ce
lebrati ꝯtract' q fuit celebrat'. M. cccclij. die. xxix. Julij. dictus domi
nus Johānes esset vsurius seu ꝙ ita esset publica vox et fama: qꝛ quā

do testis habet probare aliquod determinatū tp̄s z deponit de tp̄e illo z addit dictionem vel circa: nō dr̄ cōcludēter probare de tēpore illo determinato qd̄ erat ꝓbandū. vt est tex. in. c. fi. de despō. impube. quē ad hoc ibi Anto. de but. dicit esse notabilem z mēti tenendū cum ergo certitudinarie nō loquat̄ de tp̄e. xxx. annorū nō probat: qr̄ lz̄ essent. xxviij. anni nō cōprehenderetur tempus celebrati cōtractus. z dictū statutū intelligitur de illo qui erat fenerator tempore debiti cōtracti patet qr̄ statutū vult dictam prescriptionem habere locum solum in debitis vsurarijs. Nā statutum exigit debitū illud fuisse vsurarium z dat modū ꝓbandi dictum debitum fuisse vsurariū: scilicet per iuramentum rei ita iurantis z per probationem sex testium deponentium per publicā vocem: z famam ipsum fuisse vsurarium seu feneratorē: sed fama superueniens post contractum debitum non arguit ꝙ si nūc est vsurarius fuerit etiam ante postꝙ̄ ꝓmeuus naturalis statꝰ repugnat: quia quis nō nascitur vsurarius. ita ↄcludit Bal. z Saly. in. l. ex persona. C. de ꝓba. z Bal. in. l. si qui adulterij per illū tex. C. de adul. z in. l. rogasti. §. si tibi in. ij. colū. ff. si cer. peta. z Oldr. z Bal. in. l. j. §. si magistratus. ff. de magistra. conue. z ibi in terminis Bal. videtur decidere dubitationē istā. nam dicit ꝙ istud est vtile ad cōstitutionem sinodalem dicētem ꝙ omnia instrumēta vsurarij presumantur esse vsuraria modo pone qd̄ probatur qd̄ de presenti quis est vsurariꝰ: an per hoc omnia instrumēta retrofacta dicentur esse vsuraria z dicit quod nō per ibi notata per Old. z reputat hoc esse nota dignū. ¶ Preterea iste testis non probat publicam vocē z famā: licet em̄ dicat ꝙ a pluribus personis publice dicit audiuit dictum dominum Johannem esse vsurarium, nō sequitur qd̄ ita fuerit publica vox z fama. quia fama est quādo dicit̄ a maiori parte. vt no. in. l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. z per Bar. plene. in. l. de minore. §. si plurimū. ff. de questio. vnde dicit bar. in. d. §. si plurimū ꝙ licet testis dicat ꝙ publice audiuit dici nō probat famā: quia potuit audiuisse publice dici ab vno vel duobus. z ita etiam vult Bal. in addi. Spe. in tit. de sen. in. xxiiij. colum. z Ange. in. l. iij. ff. ad macedo. z Johā. de Imola in. l. heredes palā in prin. ff. de testa. vbi dicit ꝙ ita cōmuniter tenet̄. z licet dicat ꝙ audiuit a nō nullis ꝙ dictus dominꝰ Johānes fecit cū eis cōtractus feneraticios nō probat quod fuerit fenerator qr̄ deponit de auditu ab alio. l. testium. C. de testi. c. tam literis de testi. nec ꝓbat famā publicam. quia nō dicit qd̄ esset fama: nec quod audiuerit a maiori parte vt requiritur. preterea deponit audiuisse post tēpus quo fuit celebratus dictus cōtractus de quo vertitur q̄stio z sic nō releuat per ea

10 que proxime dixi. ¶ Nec † etiam probat intētionē peregrini baldasar de montali secundus testis: tum quia nō probat qd̄ dominꝰ Johānes de badalochijs esset aut per publicā vocē z famam reputaretur vsurarius tempore dicti celebrati cōtractꝰ eadē ratione qua dixi supra primum testem nō probare: tū etiam quia non deponit de publica voce z fama alicuius tempore. sed qd̄ ab aliquibus dici audiuit qd̄ vxor dicti Johānis mutuabat sub vsuris. z ꝙ id qd̄ nolebat facere dictꝰ Johānes faciebat fieri per eius vxorē: ita qd̄ per allegata ad impugnādū dictum primi testis euidēter apparet istū secundū nihil probare. ¶ Nec

1 sunt. ¶ Unde† non obstat si diceretur qd magister Angelus nō pōt se fundare ex eo q nō fuerit sibi solutū de ebdomada in ebdomadam eo qr recepit etiam quandoq vltra z seu post ebdomadam. vt dicitur patere in libris pductis ad quos se refert magister Angelus respōdēdo dicte. xxij. positiōi. z sic videtur sibijpsi preiudicasse. l. cōmissorie. C. de pac. inter emp. z vendi. z. l. si per emptorem. §. si. l. post diem cum si. ff. de lege cōmisso. qr respondeo quod imo recipiendo dictā quātitatē debitam pro curamine etiam si recepit post ebdomadam non videtur renunciasse facultati repetendi post sex menses dictam quātitatē lib. ccl. prout ex conuentione expresse actum erat: quia quando ex conuentione quis tenetur ad dandum certam rem z si non dederit pmisit penam z contingat qd post commissam penā creditor receperit sortē simpliciter: tamen non preiudicat sibi quin possit petere penā conuentionalem quādo in contractu est adiecta clausulula rato manēte pacto: ita declarat Bar. i. l. fin. ff. de eo quod cer. lo. circa pe. vel vlti. colū. per l. qui fidem cum ibi no. ff. de transac. z in. l. cum proponas. C. de trāsa. z firmant hoc etiam Doct. maxime Joan. de imo. clare in. l. si insulam. ff. de verbo. obl. circa pe. colū. in ver. vltimo restat zc. Sed dicta clausula: rato manēte pacto est apposita in dicto instrumento put quotidie apponit̄ in omnibus instrumētis z etiā est appositum iuramentum qd habet vim clausule rato manēte pacto vt. l. si quis maior. z ibi not. cōmuniter Doc. C. de transac. que lex ad hoc reputatur multū singularis. ¶ Nō ob. d. l. post diem cū alijs. s. allegatis. quia ibi vendidi tibi fundū pro decem aureis mihi dandis in Calendis maij cum pacto q si pretium non dares in Calēdis q fundus esset inempt⁹ certe si in Calendis nō soluisti z ego venditor post Calēdas peto pretiū vl' recipio pretium predictū ego videor recedere a pacto legis cōmissorie qd quidem erat tale scilicet qd res esset inempta: z sic venditio eēt rescissa et ratio est euidens qr nec ex conuentione: nec ex forma iuris poterat venditor rescindere contractū venditionis: z etiam habere pretiū rei vendite vnde q ista simul se non compatiūtur tanq repugnātia merito recipiendo vel petendo pretiū post diem videtur adhuc nō abstante lapsu temporis velle q venditio habeat effectū. Sed in casu nostro ista duo cōpatiunt̄ simul. s. q magister Angel⁹ etiā post tps dicte ebdomade petat z habeat pretium sui curaminis iam dati Bartho. et etiam q inter ceteras penas patiat̄ Bartholomeus illam penam qd post sex menses a die non obseruātie promissor teneatur reddere dictā quātitatem librarū. ccl. quā si obseruasset promissa nō tenebat̄ restituere nisi. j. annos quatuor cum dimidio z sic illa acceleratio solutiōis cēsetur adiecta loco cuiusdā pene. l. qui rome. §. calimachus. ff. de verbo. ob. z ibi no. Angel. z mod. saltē qñ est iuramentū appositū vel clausula rato manente pacto. vt est dictū z dicta duo adinuicē nullā habēt

2 repugnātiā. ¶ Ad predictoꝝ cōfirmationē† adduco doctrinā Petr. z Bar. in. l. ij. C. de iure emphy. vbi post gl. qrunt vtrū si emphyteota non soluit canonē infra trienniū z sic poterat de iure expelli: sꝫ post trienium dñs recepit canonis solutionē an poterit eū postea expellere z ɔcludūt q si recepit solutionē canonis futuri tpis. z tūc videtur sibi preiudicasse: qr videt̄ se arctasse ad pseuerādū i futurū in locatiōe. ar. l. qui in futurū in prin. ff. de pac. z. l. ij. §. nō male. ff. de doli excep. ita pcedit opi. glos. z sequaciū in. d. l. ij. nisi fm Bar. z aliquos receperit cū protestatione quod non intendebat iuri suo preiudicare. ar. l. si debitor. §. s.

tor.§.j.ff.qui.mod.pig.vel hypo.sol.aut recepit solū pensionem preteriti tpis: est casus noster ⁊ tūc nō videt̄ sibi p̄iudicasse in pena expulsionis.nā vtrūq; pōt cōsequi dñs.s.expulsionē cōductoris ⁊ pensionē preteriti tpis.l.colonus in.prin.ff.loca.⁊ istud etiā sequit̄ Anto.de butrio.l.c.potuit.de loca.p hoc adducit q2 cū sit dubiū quo animo dñs receperit pensionē debet in dubio fieri interpretatio q nolueri renūciare iuri sibi cōpetēti.argu.c.super hoc.de renun.⁊ l.cum de indebito in prin.ff.de proba.⁊ ita est de mente Specu.in tit.de loca.§.nunc aliqua.ver.xxiij.dum caute loquit̄ de pensiōe futuri tpis receptata: etiā est de mēte Johā.de imo.l.c.potuit.de loca.quo ad terminos nostros dum se fundat per.l.rescriptū.§.si pacto.ff.de pact.⁊.l.e.pud celsum.§.labeo.ff.de do.excep.que iura volunt qd nō posset quis cōsequi vtrūq; sc3 factū p̄ncipale ⁊ penā.nisi tñ esset adiecta clausula rato manēte pacto vel iuramētū.vt in casu nostro: ergo cū in casu nostro possit vtrūq; exigi: vt est probatū.receptio vnius nō p̄iudicat in alio ⁊ maxime q2 ppter cessationē solutiōis pecunie de ebdomada in ebdomadā nō poterat incōtinēti magister Angelus repetere libras.ccl.sed solū post sex menses.⁊ sic licet ante dictos sex mēses reciperet pecunias curaminis in quib⁹ cessatū fuerat nō poterat videri velle sibi p̄iudicare in repetitiōe.li.ccl. ¶ Hoc etiā fuit de mēte glo.in.d.l.fi.C.de iure emphy.dum

3 gl.dixit q ideo dñs recipiēs pensionē post cessationē trienalē videtur sibi p̄iudicasse in expulsiōe: q2 nō poterat dñs ꝯsequi nisi alterū duoꝝ sc3 vel expulsionē vel pensionē.ergo manifeste sensit glo.q vbi vtrunq; poterat cōsequi.put in casu nr̄o: tūc p receptionē vni⁹ nō videt̄ sibi p̄iudicasse in alio.hāc opi.etiā tenet Pau.de cast.in.d.l.colonus.⁊ sic patet q illi q se fundāt in opinione glo.posite in.d.l.ij.⁊ in ratiōibus ibi redditis.⁊ in casu.d.l.post diē non loquunt̄ in proposito quo ad casum nostrum. Preterea ibi agit̄ de pena expulsionis p̄uationis que nō erat cōmissa nisi volēte ⁊ declarāte dño iuxta.d.l.ij.nos aūt agim⁹ de pena ipso iure cōmissa: vnde facilius cessat ius querendū q iā quesitū.l.vatre furioso.ff.de his qui sunt sui.l.fi.C.de acqui.pos.c.quēdmodū.de iureiur. ¶ Preterea posito qd per receptionē dicte pecunie videret̄ sibi p̄iudicasse magister Angelus quo ad hoc vt non possit dicere qd bartholome⁹ ⁊ filij cōtra fecerint nō soluēdo in termio illas q̄titates quas post terminū soluerūt qd tamen non est verū vt dixi tamen non potest dici q per receptiones predictas videat̄ sibi p̄iudicasse quo ad cōtrauētiones secutas post dictā receptionē pecuniaruꝫ:

4 q2 † ille tacitus cōsensus nō videt̄ sibi p̄iudicasse vltra q fuerit consensum.l.Item querit̄.§.qui impleto.ff.loca.l.legē cum ibi no.C.eo.ergo cū adhuc restēt debitores dicti bartholomeus ⁊ eius filij incertis quātitatibus occasione dicti curaminis saltē in libris.x.vel vltra: ergo nō potest negari q non contrauenerint absq; eo qd intelligatur sufficienter esse remissum per aliquē tacitum cōsensum dicti magistri Angeli.⁊ hec negatiua q non soluerint dicti Bartholomeus ⁊ filij nō incūbit probare dicto magistro Angelo: sed satis est q ipe pbet dedisse tātuꝫ quātitatem curaminis pro tanto pretio.⁊ onus pbandi solutioneꝫ incumbit bartholomeo ⁊ filijs.l.j.C.de proba.no.gl.⁊ Doc.in l.ij.C.de iure emphy.⁊ clare not.Bar.in.l.in illa stipulatione si calendis.ff.de verb.obli.⁊ canoniste in.c.super his de accusa.⁊ in.c.bone de elec.cū si.

5 ¶ Nec p̄dictis obstat si diceret̄ † q excusari debēt dicti Bartholome⁹ ⁊ filij si nō soluerunt tanq̄ ducti probabili errore eo q2 rationes inter dictum Bartholomeum ⁊ mágrum Angelum erāt implicite ⁊ intricate propter data ⁊ accepta propter qd toleratur error etiam in facto proprio iuxta.l.pe.cum ibi no.p Barto.ff.de cōfessis.⁊.l.emptor.§.lucius.ff.de pac.⁊ no.Bar.in.l.nō fatetur.ff.de cōfessis ⁊ in.l.si res obligata.ff.de leg.j.⁊ no.Doc.in.c.fi.de cōfessis cum si.quia respondeo primo nō affirmādo quod appareat ratiōes esse implicitas ⁊ intricatas. Secundo respondeo quod quādo quis excusatur propter rationes implicitas ⁊ intricatas excusatur quando est taliter intricatū qd nō possit de facili in memoria retineri ⁊ sic p̄sumit̄ oblivisci.ita declarat Barto.⁊ Angel.⁊ alij in.l.si quis delegauerit.ff.de noua.quasi tūc videat̄ presumenda obliuio per iura superi⁹ allegata.Sed istud in proposito nostro allegari nō pōt pro parte dicti Bartholomei saltem quia fuit sibi facta ptestatio per dictum magistrum Angelum q intēdebat̄ pter non obseruantiā promissorum agere post sex menses ad dictas libras.ccl.⁊ fuit requisitus tunc bartholomeus in eadē ptestatione qd intra duos dies deberet ostendere se adimpleuisse promissa propter q̄ potuit ⁊ debuit incontinenti bartholomeus recurrere ad libros suos in quib⁹ vt in themate narrat̄.erat scriptū manu magistri Angeli quātum Corij habuisset ⁊ pro quanto pretio ⁊ pecunias receptas ⁊ reperto quod restaret debitor poterat satisfacere ⁊ nō incidere in penam.vnde si non inuestigauit fuit in culpa.c.innotuit.⁊ qd ibi no.de elect.⁊ sic

6 non potest † allegare iustam obliuionem: ⁊ mora post dictam protestationem subsequens cum sit ex causa de preterito cōualidat protestationem ⁊ omne id quod ante gestuꝫ est.arg.l.si rē.§.fi.ff.de pigno.ac.⁊.l.si mandauero tibi la picola.ff.mādati.⁊ quod not.in.l.nō potest.ff.de iudi.quinimo perseuerauit semp in cōtumacia ⁊ mora bartholomeus

7 ¶ Ad predicta bene facit.l.ij.ff.de eden.† q ibi pillū tex.voluit bal. vbi dixit quod quādo in protestatione facio mentionem de aliquo instrumento quod debet e... penes te seu de cōtractu tecū celebrato nō oportet quod ego facia3 ... hoc tibi fidem q2 per te ipsum potes te certificare licet se..us esset si d... ...o cōtractu vel de alieno instrumēto saltem mentionē.l.si quis inficiatus in princ.⁊ ibi per Bart.ff.depost. in cle.causam.de.elec.l.nomē.C.que res pigno.ob.pos.cū simili.ergo cum in dicta protestatione fieret mentio de eo qd gestum erat cum dicto Bartholomeo ⁊ filijs ⁊ de eo de quo poterāt certificari per libros suos non possunt allegare qd aliquo probabili errore ducti saltē tempore dicte protestationis remouentis causam obliuionis nō seruarerint pmissa.bene facit etiā.l.si quis ex argentarijs.§.phibet etiā.ff.de eden. Alia possent adduci fundamēta ad ostendendum non obseruātiam dicti Bartholomei ⁊ filiorū. Sed predicta vt mihi videt̄ bene sufficiūt. ¶ Quantū vero ad causam recouentionis paucis agam quia pauca expedire puto, tum q2 testes inducti ad probandā intentioneꝫ dicti Bartholomei sunt singulares: tū etiā q2 ⁊ in capitulis Bartholomei ⁊ in eius attestationibus continetur qd magister Angelus promisit dare ad laborandū dicto Bartholomeo seu eius operas coducere durante scilicet termino de quo in instrumento tūc celebrato inter dictū magistrū Angelum ⁊ dictū Bartholomeū ⁊ eius filios: in quo instrumento continebat̄ qd dictus Bartholomeus ⁊ eius filij haberent terminum quatuor annorum cum dimidio preterq̄ si non obseruarent promissa quo casu haberent dūtaxat tēpus sex mēsiū a die nō obseruātie promissorū que non obseruantia fuit sequuta anteq̄ dict⁹ Bartholeme⁹ ptestaret dicto magistro Angelo vnde succedit regula frangenti fidē ⁊c.l.quero.§.Iter locatorem.ff.loca.l.cum proponas

8 la.ij.C.de pac.c.puenit el.ij.de iureiurā. ¶ Preterea † nō apparet qd steterit per magistrū Angelū quominus Bartholomeus posset operari in apotheca callegarie dicti magistri Angeli nā nō ē in mora magister Angelus nisi sit interpellat⁹ personaliter vl̄ ad domū suā.l.si ex legati cum.l.sequen.ff.de verbo.obliga.l.j.§.j.ff.de lib.agno.l.si dictū. §.fi.ff.de euic.⁊ declarat Bart.in.l.item illa in prin.ff.de cōstitu.pecu.

9 cum simi. ¶ Nec obstat † si diceretur fuit facta protestatio pluries per Bartholomeum dicto magistro Angelo qd p̄dictū Bartholomeū nō stabat quomin⁹ operaret̄ i apotheca calligarie dicti magistri Angeli ⁊ qd offerebat se paratū accedere ad illam apothecam ad laborandum ⁊c. quia respondeo vltra predicta q oportebat apparere quod dictus Bartholomeus requisiuisset dictū magistrū angelum qd veniret ad apothecam suā calligarie tali die vel hora vl̄ de presenti ad dādum sibi que erāt necessaria ad operandū in dicta apotheca ⁊ probare se Bartholomeū predicto tempore se cōtulisse ad dictaꝫ apothecā ⁊ ibi se presentasse paratū ad operandum alias non dicitur apparere qd steterit per magistrū angelum attento qd protestationes non fuerunt facte dicto magistro angelo in loco apothece ipsius calligarie ita in effectu no.Bar.in.l.non solum.§.morte.ff.de oper.no.nun.in.iij.q. prin.in ver.videam⁹ de loco congruo.allegat.d.l.itē illa.⁊.l.si cū dies. §.si arbiter.ff.de arbi.bene facit.l.arbiter si Calēdis eo.ti.⁊ not.Bar. in.d.l.item illa sed predicta nō seruauit bartholomeus ergo nihil releuat protestatio. Nec obst.q vna ex dictis protestationibus facta fuerit ad apothecā dicti magistri angeli: q2 respondeo q in instrumento nō dicit̄ q esset apotheca calligarij in qua facta fuit protestatio. Preterea illa ptestatio que fuit facta in apotheca nihil releuat alia ratiōe q2 fuit facta de anno.M.cccclxiij.die pmo februa.q̄ tpe erat elapsuꝫ tēpus.vj.mēsiū a die nō obseruātie pmissorū per bartholomeū attenta ptestatiōe facta p magistratū angelū bartholomeū de.anno.M. cccclxiij.de mēse Januarij.⁊ sic tpe facte ptestatiōis p bartholomeū in apotheca magistri angeli erat elapsus termin⁹ cōtētus in instrumēto quo elapso nō tenebatur cōducere operas bartholomei ad laborāduꝫ vt in capitulis bartholomei ⁊ in attestatiōib⁹ suis apparet. Ex quib⁹ cōcludo dictos de cādelis neq; in causa conuētionis neq; in causa reconuentionis posse obtinere. Alexan.

¶ Summarium super consilio.ccvij.

1 ¶ In materia correctoria nunq̄ ex maioritate rationis fit extentio.
2 Juramentum operatur vt illi cuius nomine ⁊ pro quo promissum est acquiratur actio sine cessione.
3 Semper ex statuto competit actio illis quorum interest fieri id quod in statuto disponitur.
4 Non videtur cōcessum mandatum q petat plus debito.
5 In sententia non dicit̄ expressa causa nisi ad illā sit specifica clara ⁊ expressa relatio.
6 Sententia valet licet erronee fuerit facta computatio numeri.
7 An ad hoc vt decretum ex falsa causa interpositum sit nulluꝫ requiratur q falsa causa sit expressa in decreto.8.
9 Tempus petende restitutionis in integrum non currit ignoranti.10.

¶ Consilium.ccvij.

¶ Dubia quedam resolutiones dubiorum.

Domine Alexander clarissime ego succincte scribaꝫ ratiōes dubitandi in causa Romei. pmo circa sta⁹. circa qd considero quid cōforme.item quid exorbitans per id inducatur.⁊ an casus dicte cause sub eo cōprehēdat̄ vbi dico q videtur in hoc exorbitari de iure communi quia vult q dos promisso marito cum stipulatione illā promittēti restituendi fiat mulieris.⁊ eā mulier lucret̄.q de iure cōmuni non est.nec est casus noster ideo obmittā.an aūt hoc statutū velit mulierē lucrari dotē pmissam prefata stipulatiōe nō adiecta vos vultis qd sic pallegata p vos.⁊ in

hoc etiā si esset vt dicitis dico qḋ cōcordat cū iure cōi qm̄ sine illa stipulatione etiā extraneus ꝓmisit dotem vel pater. ꝛ pater postea decedit qꝛ cōsolidatur ꝛ efficit̄ propria mulieris. l. ꝗuis. ff. de iure do. ꝛ ꝑ doc. in. l. quoties ꝛ. l. post dotē. sol. ma. est tñ casus noster iste certe no. sed casus est an hec mulier q̄ lucratur dotē ſm vos vel ei⁹ heredes agere possit cōtra promittentem vel eius heredes qui casus nō dicitur per hoc statutū: sed remanet cū dispositiōe iuris cōmunis que est vt agere nō possit in. l. si pro te pater. C. de do. promis. nec resultat absurdum ꝙ dicitis promittentē ex sua negligentia lucrari exclusionem mulieris: qꝛ licet excludat̄ mulier vel heredes eius non tamen excluduntur heredes mariti. vt dicit Bald. in. d. l. si pro te. Ceterū statutū nihil dicit de pe⁊ nis quas tamen promis. d. beltrando ꝛ. d. bartholomee vos oēs ꝛ integras petit. ꝛ glo. † dicit in cle. vt hi qui in verbo eisdē. de eta. ꝛ quali. ꝙ in materia correctoria ꝛ penali nunq̄ etiā ex maioritate rationis fit extensio: vnde cōsiderando casum nostrū satis est ex predictis videri dictam dn̄am Sarram vel eius heredes agere nō posse contra promittētem vel heredem. Cū etiā instrumentū promissionis in penam non faciat de domina Sarra aliquā mentionem. ¶ Prestantissime domine vicarie. Audi que subtiliter pōderauit reuerētia vestra: ex quibus inferri videtur ꝙ Romeus nō possit obtinere nisi pro dimidia pro qua dn̄s Bornius est heres dn̄i beltrandi. ꝛ cōsiderat reuerētia vestra statutū quaq̄ disponat quis lucretur dotē. tñ nō disponit quis agere debeat ꝛ sic talis casus omissus a statuto remanet in dispositiōe iuris cōmunis quo cauet̄ ꝙ filia agere non possit ad dotē nomine suo vel pro ea ꝓmissam marito. l. si pro te ꝛc. Ad hoc duo⁹ † modis respondet. Primo ꝙ licet quādo mihi per stipulationē promittitur pro te dari, mihi tantū actio directa queratur: tibi autem non queratur actio vtilis sine cessione. l. huiusmodi in prin. iūcta glo. notabili ibi. ff. de leg. j. l. pe. cum ibi no. ff. de neg. gest. l. possessio. §. ꝛ si possessio. ꝛ ibi no. ff. de acquirē. poss. ꝛ est bona glo. in. §. alteri. insti. de inuti. stipula. ꝛ in. l. quecūq̄ gerimus. ff. de actio. ꝛ oblig. tamē hoc fallit vbicūq̄ interuenerit iuramentum qꝛ hoc operat̄ iuramētū vt illi cuius noīe ꝛ ꝑ quo ꝓmissum est acquirat̄ vtilis actio sine cessiōe. hec est glo reputata. no. j. q. vij. in. c. quoties cordis. quā ad hoc allegat ꝛ sequit̄. d. Antho. de Butri. in. c. cū cōtingat. de iureiurādo. ꝛ Bald. in. l. pactum in. ij. questione. C. de colla. ꝛ in Rubrica. C. res inter alios. ꝛ in auten. sacramenta in vltima colū. C. si aduer. vendi. qꝛ iuramentum deo prestatur. c. debitores. ꝛ capite si Christus. de iureiur. Deus autem vbiq̄ est ꝛ absentis ꝓ presentia supplet. l. properandū. §. sin autē reus affuerit. C. de iu. Item qꝛ idem operatur iuramētum qḋ iudicium. l. sed ꝛ si restituatur. §. ex quibus. ff. de iudi. l. nā ꝛ postea. §. si is qui temporali. ꝛ ibi no. ff. de iureiur. sed ex stipulatiōe facta in iudicio nomine alterius ꝛ pro altero acquirit̄ illi alteri vtilis actio sine cessione. vt. l. in cause. §. si. ff. de procura. ꝛ not. Bar. in. d. l. possessio. ꝛ per istam rationem hoc etiam ibi in terminis firmat Romanus. ꝛ idem Petr. de ancha. in cle. prima. de iureiur. ꝛ in cle. j. in princip. de vsuris. ꝛ credo ꝙ etiā de hoc sit quedam reformatio hic. ¶ Secūdo respōdeo ꝙ licet actio † ex stipulatu nō competeret domine Sarre tamen non videtur posse negari quin actio ex dicto statuto competere. dicte domine Sarre: qꝛ dicit Bart. ꝛ Docto. ꝙ semp ex statuto competit actio illis quorum interest fieri id qḋ in statuto disponitur: licet statutum nō dirigeret verba ad illum qui vult agere nec etiā sibi actionem cōcederet: ita dixit Bart. ꝛ Doctor. in. l. seruo legato. §. si testat. ꝛ. ff. de leg. j. per quē tex. glo. in. d. l. si pro te. dixit qḋ dispositio illius. l. nō habet locū in legato dotis relicti marito pro filia, qꝛ competeret filie actio per. d. §. si testator. ꝛ Bar. in. d. §. si testator. dicit qḋ idē est in statuto quod in legato. ꝛ sic est casus noster ibi decisus. ꝛ idē volunt Bart. in. d. l. §. si. ff. ad tertul. ꝛ in. l. ij. §. si. ff. de collatio. bo. ꝛ in. l. si. §. pe. ff. de cōtrarab. ꝛ Bal. in. l. si quis filiū. C. de inoffi. testa. ꝛ in. l. maximū. C. de lib. preter. ꝛ Ang. in. d. §. si testator. ¶ Quo ad penas ego salua veritate puto qḋ reuerentia vestra verum dicat qḋ nō possimus petere nisi pro dimidia non tamē per hoc venit fienda condēnatio expensarum: quia procuratori † non videtur concessum mandatū qḋ petat plus debito ꝛ sic vt faciat dominū incidere in aliquā penā. vt not. Bar. in. l. si procurator. ff. de condic. indebi. per illum tex. ꝛ in. l. is. §. si procurator. ff. qḋ quisq̄ iuris. ꝛ Specu in titu. de ꝓcura. §. j. versic. sed nunquid media cause. ꝛ Bal. in. l. j. C. de cōdic. ob causam. ꝛ legit̄ ꝛ notatur in clemen. non potest. de procura. ¶ † Secundo qꝛ dicebam vobis pridie nō videri apparere ex sententia aliquā falsam causam expressam: ex qua sententia sit nulla. Et vt dicebam ita videt̄ scilicet falsitatē cause ex sententia non apparere. Imo etiam nec ex actis. Esto enim ꝙ dicatur in actis petiā terre fore. xxx. torn. nō tamen ex illis actis patet esse aliter licet nūc postea ex mensuratione cōstet per. l. j. §. si. ff. que sen. sine app. rescin. Itē etiā dato ꝛ nō cōcesso ꝙ in actis apparet falsitas cause ex qua lata fuit sententia si tñ ex ipsa sentētia nō apparet nō sufficit. Quia nō dicit̄ expressa in sentētia causa que est in actis nisi ad illā fiat specifica clara ꝛ expressa relatio ꝙ male si nō sunt in libello sicut est in casu nostro quo non est facta talis relatio qꝛ in sententia dicit̄ solū relatio. dictā petiam terre cū supſtantis. vt. s. positū ꝛ consignatum. Refert ergo se ad terram ꝛ ad locum vbi posita est ꝛ eius cōfines: sed nō ad mensuram: potuisset enim etiā dicere. vt. s. mensuratam. ꝛ sic expresse retulisse se ita vt exinde expresse colligi potuisset ea falsitas que posset ex actis ad que se referret. Nec obstat. §. illud. cū si. qꝛ imo glo. nō refert decidit esse vt dixi. Cū concludit prima facie non cōtineri certū. Sed ex post facto apparebit vt sic in casu nostro prima facie non videat̄ expressa falsitas cause: licet ex postfacto sec⁹ appareat. Nec Ange. ibi cōtradicit qui loquit̄ de intellectu cle. appellati: dicēdo ꝙ nō sufficit dicere ꝓ causis grauaminū. Allego oēs excep. productas in primo iudicio. Sed dici debere allego excep. parte iurisiurandi, ꝓut patet in prio iudicio. Ita ibi refert̄ qḋ si sic est videt̄ decidere expressius sniam debuisse dicere prout supra dixi: qꝛ nihil exprimit de numero tornaturarum. ¶ Preterea super hoc errore † calculi huius numeri tornat. videtur esse iudicatū cum in actis vt videtur apparet ꝙ erronee fuerit facta cōputatio numeri quo succedit vt snia valeat: nec de errore dici possit aut corrigi per ea que habētur in. l. j. C. de erro. cal. potissime cū est error partis agentis supinus ꝛ crassus ꝑ no. in. l. si res obligata. de le. j. ꝛ in. l. cū filius. §. in hac. de ver. ob. Ex quo sumus in actore cui⁹ procuratoris fuit error ꝛ nō nūciū. nec iudicis expressus vt. s. Nec ex restitutione subuenitur: qꝛ non sumus amplius in tempora iuris. Itē etiā ignorantia domine Sarre non ꝓdest ad restitutionē petendam. ex quo ipsa vel heredes eius habent remediū ordinarium cōtra heredes d. Beltrādi. per. d. l. si pro te. ꝛ ibi Bal. videt̄ hoc extra ordi. ꝛc. per ea q̄ habent̄ in. l. in prouinciali. de no. oper. nūci. ¶ Circa predicta † eximie d. Vicarie. Respondeo qḋ nō memini me legisse qḋ quo ad hoc vt decretum ex falsa causa interpositū sit nullū requiratur qḋ causa falsa sit expressa i decreto. Imo ꝙ nō requirat̄ qḋ sit expressa videt̄ casus quē in materia ad hoc doc. allegāt in. l. magis puto. §. pen. ff. de reb. eo. ꝛ ꝙ in decreto nō requirat̄ expressio false cause firmat in terminis glo. quā sequunt̄ ibi oēs in. l. ij. C. quādo prouo. nō est necesse. dn̄ allegat. l. sciē. ff. de tuto. ꝛ cura. da. ab his ꝛ firmat dy. ꝛ Bar. in. d. l. scie. reprobādo glo. ibi. ꝛ dicit hanc esse communem opi. per. l. si tutor petitus. eo. titu. Cum ergo decretū ꝛ snia in dubio intelligatur emanasse ex causa que apparet in actis. vt no. gl. ꝛ Bart. in. l. si quis ad exhibendū. ff. de excep. rei iudic. ꝛ in. l. iiij. ff. de cōdic. inde. ꝑ Bar. ꝛ gl. in. c. si cōfirmationem. de ele. in. vj. Et in actis prout etiā iudex refert ꝛ attestat̄ in sententia transita in rē iudicatā cōtineat̄ qḋ ista petia terre erat. xxx. torna. ꝛ qḋ fuit estimata pro precio librarū. xxij. pro qualibet tornatura ꝙ precium iudex declarat esse iustū. ideo probato ꝙ dicta petia terre nō erat nisi. xxiiij. torna. apparet iudicē falso motū fuisse ad iudicandum pro tanta summa. ¶ Posito etiā qḋ † requireret expressio satis videt̄ ex verbis sentētie facta expressio attenta relatiōe facta ad acta. per clare no. per Bar. in. l. si ita scripsero. ff. de condi. ꝛ demō. sed in hoc non insisto. qꝛ non expedit vt patet per predicta per hoc etiā nō oporteret insistere circa restitutionē ꝯcedēdā pretextu erroris postq̄ decretū est nullum vt dixi: tamē adhuc circa illā partē dico breuiter ꝙ inquātū reuerentia vestra dicit ꝙ hic nō fuit error iudicis: sed procuratoris domi Beltrādi. Ego discurri totā illam sententiā ꝛ ibi nō reperio qḋ vnquā procurator petierit illā sibi dari insolutum pro. xxx. tornaturis. nec pro aliqua certa mensura: sed illā tantum petijt sibi adiudicari pro eo qḋ estimat̄: sed bene reperio ꝙ iudex in sententia illa narrat de sui mandato datā fuisse tenutā dicte petie terre. xxx. torna. ꝛ illā fuisse estimatam ad rationē lib. xxij. pro qualibet tornatura. ꝛ pronunciet illud esse iustum pretiū ꝛ illam dat insolutum pro quantitate librarum sexcentarum sexaginta. ex quibus apparet qḋ error fuit in iudice cū in procuratore actoris hoc non inueniat̄. Non obstat † qḋ nō possit concedi restitutio qꝛ non sumus infra tempora. qꝛ ego alias respondi ꝛ respondeo qḋ tempus petende restitutionis in integrū non currit ignoranti: vt eleganter firmat Bal. in. l. pe. C. si ex fal. instrumētis. Sed dn̄s Beltrādus habuit iustā ꝛ tolerabilem ignorātiā eorū que gesta erāt etiā cū procuratore suo. vt no. gloss. ꝛ Doc. in. l. si quis delegauerit. de noua. ꝑ. l. qḋ vulgo. ꝓ emp. vnde potuit ignorare an dicta res esset data insolutū ꝑ. xxx. vel. xl. vel. xxiiij. torna. ergo ꝛc. Maiorem etiā habuit iustā cām ignorātie dn̄a Sarra q̄ nec ꝑ se nec ꝑ ꝓcuratore suū fuit in iudicio. ¶ Nec obstat si dicat̄ dn̄a Sarra pōt agere contra heredes mariti. l. si socer. §. lucius. ff. solu. matri. ergo cessare debet restitutio. l. in cause. ff. de mino. qꝛ ad hoc respōdet̄. primo qḋ negari nō potest qḋ pro parte ꝑ qꝰ dn̄s Borni⁹ est her es dn̄i Beltrādi restitutio nō ꝯcedat: qꝛ tūc cessat ista ratio. ¶ † Secūdo qꝛ dico ꝙ remediū restitutiōis in integrū qḋ est extra ordinariū nō habet locū vbi habet locum ordinariū. d. l. in cause. hoc fallit ibi nisi pinguius ꝛ vtilius esset remediū extra ordinariū. vt est glo. no. ꝛ communiter approbat in l. si. C. si aduer. rem iu. Sed si dominus Bornius vt heres matris vel alius habēs causam ab eo vellet agere cōtra heredes domini Beltrādi haberet necesse agere ꝯtra semetipsuz ꝛ a semetipso exigere: qꝛ dn̄s Bornius est heres domini Beltrandi saltē pro dimidia: ergo cuz pinguius subueniat remedium restitutionis ꝙ alia via ordinaria pōt peti restitutio omissa via ordinaria. Ex predictis ꝛ ex quolib. ꝑdictorū etiā de per se videtur aperte cōstare partes vestras esse in pronunciādo iuxta superius ꝯclusa. Reliqua supleat vestra sapiētia quā Deus dirigat in viam veritatis.

¶ Summarium super consilio. ccvij.

1 ¶ An ex stipulatione facta interueniente iuramento queratur alteri actio. 2.

3 Verba reum condemnari ꝛ iusticiam fieri [illegible] meliori modo: quid important.

Secundum

4 Secundum decretum non interponitur in hypothecaria.
5 Judicium intẽtatum in hypothecaria cõtra contumacem est regulã-dum scdm ordinem iudiciorum realium.
6 Secundũ decretum dicitur interlocutoria habens vim diffinitiue.
7 An quando quis agit ad solidum si probet iustitiã habere tantum in parte an super illa parte debeat obtinere.
8 Pena plus petentis est triplum expensarum.
9 Ubi nulle sunt actiones nulle cẽsentur cesse.
10 Per lapsum decennij an videantur remissa alimenta.
11 Heres debitoris malefidei non prescribit.

¶ Consilium.ccviij.

¶ In materia precedentium allegationum.

Prestantissime dñe vicarie.

Repetit⁹ in facto romei ꝛ dñi Bornij. qꝛ iam pſepe discus-sum est de iusticia vtriusq̃ partis breuissime ꝛ per cõclusio-1 nes ꝓcedã circa dubitatiões subtiles mihi traditas. Et primo † circa id ꝙ dicit ꝙ nõ reperit iure cautũ ꝙ ex stipulatiõe facta p.d. Beltra. noie proprio queraĩ alteri puta dñe Sarre actio interueniẽte iurame to ad hoc respõdeĩ ꝙ dictũ esset verũ si cõtractus stipulatiõis esset fa ctus ꝑ dñm Beltrãdũ ꝛ ꝑ se. Sed vbi facta esset stipulatio ꝛ ꝓmissio dño Beltrãdo ꝑ dña Sarra tũc dicebã ꝙ ex extali stipulatiõe acqriĩ dñe Sarre actio ꝓpter iuramẽtũ. vt dicũt doc. in locis alsꝫ ꝑ me allega tis. Sed ita est ꝙ ꝓmissio facta per contẽ. d. beltrãdo dictã ꝓmissionẽ recipiẽti: fuit facta ꝑ dote dñe Sarre ꝛ sic nõ põt negari ꝙ stipulatio nõ fuerit facta etiã pro domina sarra cui⁹ interest esse dotatã. l. pᷓ in fi. ff. de do. ple. l. j. ꝛ ibi no. in glo. ff. sol. ma. cũ vulga. quo casu qñ stipula-tio est facta ꝑ alio ei acquiriĩ actio mediãte iuramẽto. vt dicũt q̃ alias allegaui ꝛ ꝙ dicta stipulatio ꝑ dicta verba intelligaĩ facta ꝑ dña sar-ra est casus in. l. si socer. §. luci⁹. ff. so. ma. ꝛ licet verba obligatiua stipu-latiõis sint collata in dñm beltradũ nihil refert. imo est necesse ad hoc vt stipulatio teneat ꝙ verba obligatiua cõferant in stipulatorẽ lꝫ fiat stipulatio ad vtilitatẽ alterius. vt firmat gl. ꝛ doc. in. l. stipulatio ista. § si stipuler. ff. de ver. ob. ꝛ gl. ꝛ Cy. in. l. vt iter absentes. C. de inutil. stip. 2 per tex. in. l. quecũq̃ gerimus. ff. de actio. ꝛ ob. ¶ † Inquãtũ autẽ circa no per Bart. in. l. seruo legato. §. si testator cũ si. dicit ꝙ in casu nostro in statuto non disponiĩ aliquid circa materiã vnde possit hec actio ori ri secus in casu de quo ꝑ Bar. in loco preallég. Certe nõ video qꝺ istud in proposito sit attendendũ qꝛ Bar. ꝛ doc. in locis prealeg. simpliciter voluit qꝺ vbi mea itereſt fieri id qꝺ in statuto cõtineĩ mihi detur actio ex statuto licet verba statuti non dirigaĩ ad me nec mihi expresse dẽt actionẽ ꝛ ꝓprie glo. in terminis nostris in. l. si pro te pater. C. de dotis promis. dicit ꝙ dispositio illius. l. locũ nõ haberet in legato dotis facto genero pro filia per dictũ. §. si testator ꝛ Bar. ibi dicit ꝙ idẽ est in sta-to qꝺ in legato. preterea qñ statutũ dicit extantibus masculis femine nõ succedãt clarum est ꝙ mãsculis propter dictũ statutũ cõpetit actio ad totũ vt dicit Bar. ꝛ doc. ibi. ꝛ tamen nõ video ꝙ amplius dispona tur ibi circa materiã aliquid ex quo possit actio oriri ꝙ in casu nostro vnde cum intersit mulieris effectum dicti statuti locũ habere sibi cõ-petere debet actio. ¶ Nõ obstat ꝙ dñe Sarre sit aliter ꝓuisum vcꝫ qꝛ potest agere cõtra heredes dñi beltrãdi qꝛ respõdeo ꝙ propter hoc nõ reperitur ꝙ debeat denegari actio resultãs ex statuto imo si hoc esset verum sequereĩ ꝙ vbi statutũ disponeret idẽ qꝺ ius cõmune qꝺ ex tali statuto nõ oriret actio postꝙ ꝯpetit actio introducta a iure cõi. sed tũ hoc est falsuꝫ. vt no. Bar. ꝛ Doc. in. l. j. in pri. ff. ad. l. falci. ꝛ Doc. in. c. j. de cõsti. i. vj. ꝛ do. Antho. i. c. j. de rescri. interest eñ nostra plures actio nes ad eandẽ rẽ habere. vt si in vna actiõe succũbamus ad aliã redire possim⁹. vt. l. si actor ꝛ ibi not. ff. de iureiu. l. cũ fili⁹. §. varijs. ff. de leg. ij. insti de acti. §. sicitaqꝫ ꝛ etiã dñe Sarre iterat plures habere debito-res pro eadẽ re. s. contẽ promissorẽ ꝛ dñm Beltrandũ stipulatorẽ. l. iij. 3 in fi. ff. de lib. leg. ¶ Non ob. † ꝙ nõ est actũ ex statuto qꝛ respõdeĩ qꝺ factũ bene narratũ est. Et postea petitũ est reũ condẽnari ꝛ iustitiã fie ri omni meliori modo ꝛc. quo casu ꝓpter dicta verba videĩ intẽtata il-la via que magis pro actore facit. vt no. Jn. Hostiẽ. ꝛ Jo. an. ꝛ doc. in c. cũ dilectus de ordi. cog. ꝛ Spe. in titu. de libel. cõcep. §. iam nũc vide dum. ver. sed cũ ex his iuncto ver. precedenti. ꝛ do. An. in. c. examinata de iud. ꝛ Bal. in. l. edicta. C. de edẽ. Et maxime qꝛ iudex tenet supplere in iure municipali sicut teneĩ supplere ius cõe. vt no. Bart. i repe. l. oẽs populi in fi. ꝛ Bal. i. l. j. in prin. C. vt que desunt aduoca. ¶ Jtẽ ad o-mnia supradicta est respõsum ꝓpter reformationem illã q̃ disponit qꝺ ipso iure cõpetat actio illi ad cui⁹ vtilitatẽ facta est stipulatio inita per 4 alterũ. ¶ Quo autẽ † ad illud qꝺ dictũ fuit esse nullũ decretũ interposi tum ex falsa causa etiã nõ expressa dictis ꝙ nos non sumus in decreto qꝛ fm decretum non interponitur in hypothecaria per not. per Doct. in. l. si finita. §. iul. ff. de dam. infec. ad hoc respõdeo ꝙ licet fuerint opi. inter gl. an in hypothecaria procedi possit ad scdm decretũ ad instar personalium actionum an vero solum procedatur ad primum decretũ ad instar realium de quo per. glos. in. l. iij. §. fin. ff. de acqui pos. ꝛ in. l. si quis emptiõis. §. sed ꝛ si quis. C. de prescrip. xxx. an. tamẽ finaliter Jo. an. in addi. Specu. in tit. de cõtuma. §. sequit. ver. sed nunquid hodie in hypothecaria ꝛ ver. seq. concludit ꝙ si agitur hypothecaria contra tertiũ possessorẽ ꝛ tunc non [illegible]ratur fm decretum sed si agitur con-tra debitorem principalẽ penes quem erat dominium rei. ꝛ tunc inter ponatur scdm decretũ sicut in personali ꝛ ita dicit se intelligere dictũ Hy. in. d. l. iij. §. si. quod secundũ eum reperitur communiter corruptũ. 5 ¶ Preterea etiã posito † ꝙ iudicium intentatum in hypothecaria cõ tra contumacem esset regulãdũ scdm ordinẽ iudiciorum realium ta-men etiã fm magis communem sententiam in realibus interponitur fm decretũ vt firmat Bar. ꝛ Docto. in. d. §. iul. in vlti. colũ. ꝛ Bal. in auf. ei qui in antepenul. col. C. de bo. auf. iudi. possi. ꝛ Joan. an. in ad-ditio. Specu. de primo ꝛ scdo decre. in. §. videndum restat super versi. in realibus autẽ ꝛc. ꝛ Barto. in. l. consentaneum in. iij. colũ. C. quomo do ꝛ quãdo iud. ꝛ Angel. in. l. a quo. ff. de dãno infecto. Et posito qꝺ nõ esset necesse interponi scdm decretũ tamen dixit glo. in. c. quoniam frequenter. §. in alijs vt lit. nõ contest. quod tamẽ est vtile illud inter-poni. Preterea quicquid sit de iure cõmuni clarum est ꝙ de iure muni cipali quãdo agitur hypothecaria proceditur ad fm decretũ. vt ha-betur in statuto sub Rubrica qualiter procedaĩ in causis ciuilib⁹ reo non cõparẽte ad fi. in versicu. decernimus in super qꝺ si contingat ꝛc. 6 ¶ Nec obstant † verba apposita in decreto adiudicatiõis ibi dum di citur diffinitiue ꝛc. qꝛ respondeo quod secundum decretum est interlo cutoria. habens vim diffinitiue qꝛ ius partis absorbet. vt no. Bart. ꝛ Docto. in. l. si finita. §. si forte. ff. de dãno infec. ꝛ dicit Bal. in. l. j. ff. de iurisdic. om. iudi. ꝙ sententie primi ꝛ secũdi decreti nõ est proprie me-ra diffinitiua tamẽ large quelibet interlocutoria etiã mera fm eũ po-test dici diffinitiua respectu illi⁹ articuli quẽ diffinit. allegat nota. in. l. generaliter. C. de rebus creditis. ꝛ ideꝫ tenet Bal. in. l. secunda. x. que-stio. ff. si ex noxa. causa. ꝛ in. l. ingenuũ ad fi. ff. de statu homi. ꝛ Bal. in l. iuste. ff. de acquiren. posses. ꝛ domi. Anto. in capitulo contingit post Jo. an. de ɩ olo. ꝛ contuma. remaneret ergo ꝙ dicta adiudicatio nõ est diffinitiua mera sed decretum ꝓpter differẽtiam quam etiam traddit Bar. post Jaco. de are. in. l. nec quicꝙ. §. vbi decretũ. ff. de offi procon sul. vbi ponendo differentiã inter sententiam ꝛ decretum dicit qꝺ sen-tentia est illa que continet condemnationẽ vel absolutionẽ. l. j. ff. de re iudica. l. preses. ꝛ l. ex stipultione. C. de sentẽ. secus autẽ in decreto. vt ibi latius per eũ. ¶ Circa factum erroris nõ potui bene intelligere qꝺ sentire voluerit reuerẽtia vestra que breuiter locuta fuit et nisi viderẽ priores dubitationes cũ allegationibus inde factis nõ possum mentẽ reuerentie vestre concipere quia in hoc me refero ad ea que alias scri-psi: ꝛ etiã circa hoc non est opus insistere postquam decretum ex falsa 7 causa remanet nullũ. ¶ Jnquãtum † vero allegatur quod quo ad pe nas insolidũ petitas nõ potest sequi cõdẽnatio pro parte ex quo mu-tata videĩ substantia quia agimus tanꝙ heredes insolidum ꝛ nõ pro bauimus quod simus heredes domini beltrandi nisi pro dimidia. ego dubito quod reuerentia vestra solatij causa hec ꝛ quedam alia mecum dicat: nam scio quod nouit reuerẽtia vestra qꝺ vbicunq̃ quis agit ad solidum ꝛ ꝓbat iustitiam habere tantum in parte super illa parte de-bet obtinere. vt. l. j. cum gl. ꝛ ibi Bartol. C. si aduer. rem iudi. ꝛ. l. apud celsum. §. itẽ queritur el primo cum ibi no. ff. de doli excep. ꝛ no. Bart. in. l. qui vas in principio. ff. de furtis ꝛ in. l. si constante. §. fina. ff. soluto matrimonio. ꝛ Cyn. ꝛ Bal. i. l. j. C. de litꝫ cõtest. ꝛ bal. Ang. ꝛ Jmo. in. l. scire debemus. ff. de verborum obli. ꝛ domi. Ant. in. c. cum inter vos de re iudi. nec video hic mutatam in totum esse substãtian si peto solidum tanquam heres insolidum ꝛ probo michi deberi dimidiam tanquam heredi pro dimidia sicut si ago ad fundum totũ tanquã do minus insolidum ꝛ postea ꝓbo quod nõ sum dominus nisi pro dimi-dia quo casu indubitatẽr obtineo ꝑ parte vt habetur in locis preallie-ga. nec reperio aliquẽ Docto. in. l. j. §. si stipulanti de ꝓbo. obliga. hũc 8 passum tãgere nec aliquid in cõtrarium dicere. pena † autem plus pe tentis non est quod cadat an actione sibi competẽti sed tantũ triplũ expensarũ. vt plene per Doct. in. l. j. C. de plus peti. ꝛ in. c. j. extra codẽ titulo que pena in casu nostro locũ habere non potest quia pcurator generaliter constitutus put est procurator noster vt videre potestis mandato non põt facere incidere principalem in hanc penam vt not. Doctor. in locis deductis in alijs allegationib⁹ ad quas me refero. ꝛ istud cum reuerentia teneo luce meridiana clarius ꝛ imputet sibi pars aduersa que post productã petitionẽ non fecit vocari principales no-stros ad respondendũ si ratã habent productionem petitionis factaꝫ per procuratorem. nec in mandato reperietis cõcessam potestatem ad aliquid specialiter petendum sed in genere tantũ. ¶ Jtem inquantũ 9 † dicitis quod postꝙ dominus bornius cessit nescitis videre quare pin-guius remedium cessionarie sit ageret cõtra ruffinos quã cõtra domi-num bornium. respõdeo qꝺ cum reuerentia in casu nostro nulla actio competere põt cessionarie contra dominum bornium quia dominus bornius cessit actiones que ipsi domino bornio competerẽt contra he redes contis vnde si nulle actiones competerẽt domino bornio cõtra heredes conti nulle intelligunĩ esse cesse ꝛ non tenetur isto casu cedẽs de euictione seu ex eo quod nulle competunt actiões vt. l. qꝺ si in ven-ditione cũ tribus sequen. ff. de heredi. vendi. ꝛ not. Jaco. but. in. l. j. C. de euictio. ꝛ Angel. in. l. si sic. §. j. ff. ꝺ leg. j. ꝛ. l. si iactum. ff. de ac. empt. ex alio etiã capite non potest agi cõtra dominum bornium quia ista cessio fuit facta ꝑ dominũ borniuꝫ filie ex causa augumẽti dotis que dicitur esse causa lucratiua quo ad filiã. vt. l. fina. §. si a socero ꝛ ꝑ Bar tolum. ff. que in frau. cre. sed in titulo lucratiuo nullũ periculũ spectat

ad cōcedentē post traditionē factam.l. Aristo.§.fin.de dona.l.ad res donatas.ff.de edili.edi.ꝛ plene in.l.ij.C.de euictio.cessio autem in casu nostro habetur pro traditione.vt not.in.d.l.fi.in prin.ff.de dona.et in.l. fi.C.quando fis.vel pri.probatur in.l.seia.cū bonis in prin.ꝛ ibi Bart.

10 ff.de dona.causa mor. Inquātum vero † dicitis ꝙ alimēta videnť remissa per lapsum decenij.l.cū quidam.§.diuus vel ex eo qđ vir viuens non petijt.l.vir vsuras ꝛc.respōdeo qđ tex.in.d.§.diuus.ponit casum specialē in remissione tacita odiosi lucri.s.vsurarū ita dixit Bart.in.l. que dotis in secunda colū.ff.solu.matri.nos autē loquimur in alimentis que petuntur ex causa onerosa vt interesse pro oneribus mřimonij supportatis.l.pro oneribus.C.de iure doc.c.salubriter de vsur.non obstat.l.vir vsuras.q2 multipliciter posset respōderi.primo qđ ibi fuit expresse facta donatio.vt ibi dicit glos.in vna solutione quam sequiť ibi Saly.vel posito ꝙ loquať in tacita donatione.respōdeo vt dicit Bar. in.d.l.que dotis ꝙ loquiť in vsuris que non petebantur pro rata interesse sed petebantur secundum qđ promisse fuerant vel secundū moderationē de qua in.l.eos.C.de vsur.vnde fm Bar.in odioso lucro facilius presumiť remissio ꝙ̄ in debito ex causa onerosa vt in casu nostro. Item respondeo ꝙ ibi illa donatio fuit inter virū ꝛ vxorem que morte donātis predecedētis cōfirmari oportet.vt etiā ibi dicit Bart.in suo summario ꝛ probatur in.l.antepe.§.cū vulgare.C.de donatio.inter virum.sed vbi non est probatum qđ maritus donās predecesserit,talis donatio non potest dici cōfirmata nec tenet.vt.l.si inter virū.ff.de reb. dub.ꝛ.l.a marito.C.de donat.inter virū.sed in casu nostro non est probatum qđ dominus Beltrandus predecesserit imo ex ordine positionum nostrarū ꝛ ex responsionibus partis aduerse potius apparet cōtrariū.igiť ꝛc. ¶ Quarto respondetur ꝙ tex.in.d.l.vir vsuras.loquiť quando mulier erat obligata viro quia ei promiserat vsuras . vnde inter virum ꝛ vxorē inter quos iuris presumptione cēsetur esse mutuus amor ꝑpter quē inter eos de facili presumitur donatio.vt.l.j.ff.de dona.inter virū.ꝛ ar.l.possessionum.C.communia vtriusq3 iudi. Nos autem loquimur in casu in quo mulier nihil promiserat viro nec ab ea peti poterāt alimenta sed ad cōte.vnde cessat ratio dicte ꝑsumpte donationis. Et cū dispositio dicte.l.vir vsuras sit exorbitans a iure cōmuni cōtra regulā.l.cū de indebito.ff.de proba.vbi in dubio nō presumitur donatio ideo nō debet extēdi ad aliū casum.l.si vero.§.de viro.ff.solu.

11 matri.ꝛ.l.qđ vero.ff.de legi. ¶ Circa † vltimū in quo dicitis probari mortē Contis per verba certi instrumēti:ꝛ per cōsequēs est prescriptū ꝛc. Ad hᵒ fuit alias responsum pluribus modis primo ꝙ nō est bona fides allegata saltē tempore opportuno.secūdo ꝙ heres debitoris male fidei nō prescribit fm do. Anto.in.c.si diligēti de prescrip.ꝛ.l.sequitur.§.heredes de vsucap. Item deductiōes temporum ex forma prouisionum ostendunt prescriptionem non esse completam. Item ꝛ posito quod esset completa tamen heredes domini Beltrādi habuerunt iustam causam ignorantie obligationis dictarū penarum ꝛ alimentorū ꝛ omnium que ex dicta causa peti poterāt vnde nō potest denegari restitutio in integrū petita vt no. Barto.in.l.j.§.si quis autē propter.de iti.actuq3 pri.hec omnia plenius scripsi in alijs allegationibᵒ ad quas me refero.

¶ Summarium super consilio.ccix.

1 ¶ Satisdatio expirat perempta instantia.

2 Socius non teneť prestare socio nisi illam diligentiam quam adhibebat in suis rebus.

3 Propter superuenientē inimicitiā intelligitur reuocatum mandatu3.

4 Ex positione negata non potest negans se fundare.

¶ Consilium.ccix.

In causa ꝛ lite vertēte inter Spectabilem virum Andreā de Casali mercatorem bononiensem ex parte vna ꝛ Basiliū de Aregheria ex altera requisitus sum vt circa duo dicam quid sententiam. Primū est vtrū Andreas predictus in aliquo sit obligatus occasione fideiussiōis per eū ꝑstite Basilio corā officio mercatorū de sistēdo in iudicio Bitinellu3 cōuentum a dicto Basilio ꝛ de soluendo iudicatum. ¶ Secūdo vtru3 dictus Andreas teneatur Basilio in aliquo ex eo qđ dicitur Basiliū tanꝙ̄ socium dicti andree cōuenisse dictū Bitinellum in iudicio tanꝙ̄ debitorē dicte societatis ꝛ andreas se opposuit Basilio protestādo ei quod nō deberet agere contra dictum bitinellum eo quia hoc non spectabat ad dictū basilium:attento maxime quod secundum capitula societatis ad andream tantum pertinebat omnis exactio ꝛ administratio societatis ꝛ nihil faciendū erat nisi fm voluntatē Andree. ¶ Cir

1 ca primū † res est expedita ꝙ satisdatio ta3 de iudicato soluendo quā de iudicio sisti expirat perempta instantia vt.l.cū lite mortua.ff.de iudi.sol.ꝛ.l.properādū.§.ꝛ si quidē in verbo ꝛ omni cautela ꝛc.C.de iudi.ꝛ notat glo.fi.in.l.pe.C.de fideiuss.ꝛ Bar.ꝛ alij in.l.grece.§.ꝛ post litē.ff.de fideiuss. S3 ita est vt verbo ferť qđ instantia cause in qua fuit prestita fideiussio predicta est perempta ergo ꝛ fideiussoris obligatio expirauit. Adueriat etiam diligenter dominus iudicans an commissio sua se adhoc extēdat,q2 acta cause penes me nō sunt. ¶ Circa secū

2 cundum † respondeo aut non constat qđ bitinellus esset debitor societatis ꝛ cōstat qđ nullum interesse pretendere potest basilius. Aut constat ipsum fuisse debitorē societatis.ꝛ tunc adhuc potest respōnderi ꝛ primo qđ socius non tenetur prestare socio nisi illam diligentiā quam adhibebat in suis rebᵒ proprijs.l.socius socio.ff.ꝑ socio.l.heredes.§. nam tantū.ff.fami.hercis.ꝛ institu.pro socio.§.fi.ꝛ declarat Bar.in repetitione.l.ꝙ nerua.ff.deposi. Sed Andreas potest maxime per inspectionem librorum fidem facere quod in exigendo a Bitinello debitore suo non cōsueuerat esse ita curiosus ꝛ infestus ergo si etiā in exigendo pecunias societatis a Bitinello nō est vsus ea festinātia ꝙ̄ potuisset nō potest basilius de hoc eū arguere. patebit etiam Andreā eam diligētiam adhibuisse in rebus cōmunibus quam adhibuit in ꝓprijs q2 adhuc restat creditor pluribᵒ pecuniarum summis suo noīe quas nondū exegit a bitinello. ¶ Secūdo respōdetur.nam conqueritur basilius qđ Andreas protestatus sibi fuerit quod non deberet exigere ꝛ conuenire bitinellū. ꝛ per consequens quod impediuerit eum exigere creditū societatis: sed de hoc non potest redargui Andreas q2 iustā habet causam Andreas dictā protestationem faciendi.tum q2 vigore capitulorum societatis hoc non spectabat ad basilium ꝛ licebat dicto Andree inhibere basilio.tum etiam q2 iam orta erat lis ꝛ questio maxima inter dictum basiliū ꝛ Andreā adeo qđ merito potuit inhibere ne vlterius basilius aliquid exigeret. quinimo dato ꝙ primo basilius potuisset dictā exactionem vel alias exactiōes facere tamē pro

3 pter superuenientē † inimicitiā inter Andream ꝛ basilium ipso facto intelligebať esse reuocata omnis potestas seu mādatum cōcessum dicto basilio de exigēdo.l.si cū corbelius.ꝛ ibi hōc no. Bar.in fi.ff.de solu.ꝛ.l.in cōfirmādo cū ibi notatis per Bar.ff.de confir.tut.ꝛ.l.patet herede in fi.ꝛ ibi notat Cy.ꝛ Bal.ff.de testa.tute . ꝛ vbicūq3 procurator vel institor aut alius habēs a me mandatū mutationem talem fecit ꝙ mandans in eo nunc minus possit ꝙ̄ prius poterat intelligiť reuocata omnis potestas sibi cōcessa.vt per Bal.in.l.mandatum in antepe colū.C.manda.ꝛ propter mutationem morum intelligitur adempta potestas.vt habeť in iuribus supra allegatis.si ergo propter lites dissensiones ꝛ inimicitias subortas inter dictos Andreā ꝛ basilium Andreas inhibuit basilio ne exigeret bitinellum iustā habuit causa3 hoc faciendi ꝛ fecit illud qđ etiam ipso iure factum esse intelligebatur q2 etiam dato quod ex forma capitulorū societatis basilius potuisset exigere.tamē illa potestas intelligebať sibi abdicata ipso iure propter superuenientiā predictarum causarum per predicta. ad idē bene facit tex.in.l.si conuenerit.ff.pro socio ibi dū tex.dicit aut ꝙ si ita iniuriosus

4 ꝛ damnosus sit socius vt non expediat eum pati ꝛc. Tertio † potest responderi qđ dictᵒ basilius nō pōt se fundare ex dicta scriptura protestationis quam re ꝛ verbo semper impugnauit.l.papinianus.§.meminisse.ff.de inof.testa.ꝛ in.c.ex eo de regulis iuris in vj. vnde dicimᵒ qđ ex positiōe negatiua nō potest negās se fundare.vt no.Spe.in.ti positio.§.octauo versicu.j.ꝛ Bar.in.l.nō vtiq3.ff.de excep.ꝛ in.l.post legatum in prin.ff.de his qui.vt indig.cum concordantijs.

¶ Summarium super consilio.ccx.

